In stratis antiquissimis marinis ad Ananino in Russia. Icon: Beitrg. III., tab. 16., fig. 236.

244. *Mastogloia neogena* Pant. Syn. M. Kinkerii Pant. M. Pethöi Pant.

Valvis ellipticolanceolatis 30—41 μ longis, 13—22 μ. latis, cum polis obtusis. — Loculamentis 12 in 10 μ. Striis

punctatis 22 in 10 μ., ad raphen area nuda arcuata, ad formam lyrae dilatata interruptis.

In stratis marinis tertiariis ad Káránd, Borostelek, Nyermegy, Serges Izsopallaga Hungariae. Icon: Beitr. III., tab. 37., fig. 519., tab. 41., fig. 559, 562.

245. *Mastogloia rhomboidalis* Pant. nov. spec. Syn. M. Debyi Cleve.

Valvis lanceolato rhomboideis, cum polis obtusis. Long. 50—56 μ., lat. 14—15 μ. Loculamentis dilatatis rectangulis, 6 in 10 μ. Striae punctatae 28 in 10 μ.. ad rhaphen area angustata nuda, ad formam lyrae dilatata interruptis.

In stratis marinis tertiariis ad Káránd et Nyermegy Hungariae. Icon: Beitrg. III., tab. 41., fig. 563.

246. *Mastogloia Smithii* Thw.

Long. valvae 33 μ., lat. 9 μ. Locul. 6, striae 18 in 10 μ.

In stratis tertiariis marinis ad Bory, Borostelek, Káránd, Nyermegy, Serges Hungariae. Icon: Beitrg. III., tab. 37.. fig. 520.

247. *Melosira arcuata* Pant.

Frustulis concatenatis arcuatis, cylindricis, punctatis. Puncta in lineas obliquas ordinatis. Lat. cylindri 5—6 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Senteuai in insula Jesso. Icon: Beitrg. III., tab. 9., fig. 157.

248. *Melosira arenaria* Mor. var. *hungarica* Pant.

Frustulis concatenatis cylindricis, 25 μ. altis, 71—73 μ. latis. Cum corona porum majorum et punctis minoribus, in lineas obliquas ordinatis. Valvis superne visis orbicularibus, cum corona marginali septorum et striarum ornatis. Diam. disc. 73 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Bory in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 39., fig. 546, tab. 40., fig. 555.

249. *Melosira crenulata* Kg. var. *ambigua* Grun.

Altitudo cylindris 9 μ., lat. 13 μ. Striis punctatis 20 in 10 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Deméud in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 24., fig. 352.

250 *Melosira crenulata* Kg. var. *debilis* Pant.

Altitudo cylindris 12 μ. lat., 4·5 μ. Frustulis linearibus concatenatis, punctatis. Puncta 10 in 10 μ. in lineas rectas ordinata.

In stratis aquae dulcis tertiariis ad Dubravica Hungariae. Icon: Beitrg. III., tab. 22., fig. 328.

251. *Melosira crenulata* Kg. var. *hungarica* Pant.

Frustulis concatenatis flexuosis, 7—8 μ. altis, 4—6 μ. latis, punctatis; punctis in lineas rectas 18 in 10 μ. ordinatis.

In stratis aquae dulcis tertiariis ad Köpecz in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 7., fig. 115.

252. *Melosira crenulata* Kg. var. *mocsarensis* Pant.

Frustulis cylindricis concatenatis, 14·5 μ. altis, 8 μ. latis, punctatis. Puncta in lineas obliquos 10 in 10 ordinata.

In stratis aquae dulcis tertiariis ad Mocsar in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 24., fig. 360.

253. *Melosira excentrica* Pant. nov. spec.

Valvis cylindricis ad polos elevatis orbicularibus. Discus excentrice punctatus 14·5 μ. latus marginatus. Punctis 15 in 10 μ.

In stratis aquae dulcis tertiariis ad Sentenai in insula Jesso. Icon: Beitrg. III., tab. 6., fig. 90.

254. *Melosira fungiformis* Pant. nov. spec.

Frustulis cylindricis concatenatis, ad marginem crenulato undulatis, punctatis. Puncta in membr. connect. in lineas duas circulares ad polos in lineas rectas dispositis. Discus punctatus; puncta in lineas radiantes disposita. Alt. 30 μ., lat. 25·5 μ. Striis 20 in 10 μ. Diametr. disci 25—28 μ.

In stratis tertiariis marinis ad Nyermegy in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 19., fig. 275.

255. *Melosira granulata* (E.) Ralfs.

Diametr. valvae 20 μ.

In stratis aquae dulcis tertiariis ad Hidas in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 7., fig. 106.

256. *Melosira granulata* (E.) Ralfs. var. *attenuata* Pant.

Frustulis cylindricis, hispidis concatenatis 2·4—14 μ. altis, 8—10 μ. latis, punctatis. Puncta 10 in 10 μ. in lineas longitudinales ordinata.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Hidas in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 28., fig. 414.

257. *Melosira granulata* (E.) Ralfs. var. *borealis* Pant.

Discus cum corona punctorum marginalium cinctus, 12—15 μ. latus.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Farkasfalva in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 7., fig. 109.

258. *Melosira granulata* (E.) Ralf. var. *boryana* Pant.

Frustulis angustis cylindricis concatenatis punctatis; puncta lineas longitudinales constituentia. Long. cylindri 10—15 μ., lat. 5—6 μ. Punctis 15 in 10 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Bory in Hungariae. Icon: Beitrg. III., tab. 1., fig. 6.

259. *Melosira granulata* (E.) Ralf. var. *hungarica* Pant.

Frustulis cylindricis concatenatis 16 μ. longis, 16 μ. latis, punctatis, puncta 10 in 10 μ. in lineas longitudinales et obliquas ordinata.

In stratis aquae dulcis tertiariis ad Hidas Hungariae. Icon: Beitrg. III., tab. 18., fig. 272.

260. *Melosira Haradaae* Pant. nov. spec.

Frustulis cylindricis concatenatis, punctatis, punctis disseminatis irregulariter dispositis, 10 in 10 μ. Long. 12—13 μ.; lat. 9—10 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Sentenai in insula Jesso. Icon: Beitrg. III., tab. 8., fig. 124.

261. *Melosira hokkaidoana* Pant. nov. spec.

Frustulis cylindricis concatenatis 14—16 μ. long., 14—16 μ. latis, punctatis. Puncta in lineas 15 in 10 μ. longitudinales ordinata. Discus 13—16 μ. latus cum margine striolato, ceterum disseminate punctatus.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Sentenai in insula Jesso. Icon: Beitrg. III., tab. 6., fig. 91, tab. 8., fig. 136.

262. *Melosira agria* Pant. n. s. Syn. M. *hungarica* Pant.

Valvis 28—30 μ. latis, discoideis, late marginatis punctatis, puncta in linea radiantes 15 in 10 μ. ad centrum percurrentes ordinata.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Demènd in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 11., fig. 179.

263. *Melosira japonica* Pant. nov. spec.

Frustulis attenuatis cylindricis, concatenatis, 20—24 μ. longis, 3·5—4 μ. latis punctatis. Puncta disseminata, 10 in 10 μ. Discus medio elevatus ad marginem corona punctorum ornatus.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Sentenai in insula Jesso. Icon: Beitrg. III., tab. 4., fig. 63, tab. 8., fig. 137.

264. *Melosira Kochii* Pant. nov. spec.

Valvis discoideis cum corona striarum marginalium cinctus. Diametr. 44 μ. Radiis 10 in 10 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Magyar Hermány in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 20., fig. 292.

265. *Melosira laevis* (E.) Grun.

Long. 4—12 μ. lat. 9—10 μ; striis 25 in 10 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Magyar Hermány in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 7., fig. 117.

266. *Melosira Peragalloi* Pant. nov. spec.

Discus convexus, ad marginem corona radiorum abbreviatorum conjunctorum ornatus et striolis marginalibus cinctus. Diametr. 57 μ. margo 3 μ. latus. radiis 5 in 10 μ., striolis 14 in 10 μ.

In stratis marinis tertiariis ad Szakal in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 36., fig. 505.

267. *Melosira Pethöi* Pant. Syn. M. *spinosa* Pant.

Discus convexus, ad marginem cum corona spinarum cinctus, ceterum cum punctis majoribus, lineas radiante

constituentes ornatus. Area centralis subnuda. Diam. 45—50 μ. Margo 2 μ. latus.

In stratis tertiariis marinis ad Káránd Hungariae. Icon: Beitrg. III., tab. 28., fig. 413.

268. *Melosira scala* (E.) Grun.

Long. 18·4 μ., lat. 7·2 μ.; striis 28 in 10 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Bory in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 1., fig. 3.

269. *Melosira Tempèrei* Pant. nov. spec.

Frustulis validis concatenatis, 13·6 μ. longis. 15·2 μ. latis, cum punctis grossis papillosis, 6 in 10 μ. in lineas longitudinales ornatis.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Köpecz in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 24., fig. 356.

Dedicavi Dom. J. Tempère diatomologo celeberrimo Parisii.

270. *Melosira transilvanica* Pant. nov. spec.

Frustulis concatenatis, cylindricis, ad polos magis convexis, punctatis, punctis in lineas longitudinales 10 in 10 μ. ordinatis. Lat. 20—22 μ. alt. 4·5—6 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Köpecz et Bodos in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 14., fig. 212.

271. *Melosira undulata* (E.) Kg.

Alt. 95—100 μ., lat. 24—25 μ. Diametr. 56 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Bory, Farkasfalva, Mocsár in Hungariae. Icon: Beitrg. III., tab. 9., fig. 146, 149.

272. *Melosira undulata* (E.) Kg. var. *gracilior* Pant.

Frustulis gratilioribus quam species, 59—65 μ. longis, 20·5—21 μ. latis. Striis 15 in 10 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Farkasfalva in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 3., fig. 44.

273. *Melosira undulata* (E.) Kg. var. *minor* Pant.

Frustulis minoribus, cylindricis, concatenatis, 32 μ. longis, 13·6 μ. latis, punctatis, puncta in lineas spirales 15 in 10 ordinata.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Bory in Hungaria. Icon; Beitr. III., tab. 7., fig. 118.

274. *Navicula appendiculata* (Ag.) Kg.

Long. 44 μ., lat. 9 μ. Striae 12 in 10 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Magyar Hermány in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 3., fig. 46.

275. *Navicula aradina* Pant. nov. spec.

Valvis lanceolatis 48—50 μ. longis, 8—9 μ. latis, cum polis obtusis. Area nuda rhaphen directam sequens dilatata lançeolata. Striae 10 in 10 μ. dilatatae marginales, radiantes.

In stratis marinis tertiariis ad Kavna Bremia in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 30., fig. 434.

276. *Navicula arata* Grun.

Long. 90—93 μ., lat. 24—25 μ. Striae 8 in 10 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Bory, Dubravica, Farkasfalva in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 23., fig. 342.

277. *Navicula arcuata* Pant. nov. spec.

Valis late lanceolato ellipticis, 24—25 μ. longis, 13—14 μ. latis. Rhaphe directa. Area centralis elliptica dilatata. Striis 25 in 10 μ. arcuatis.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Sentenai in insula Jesso. Icon: Beitrg. III., tab. 6., fig. 97.

278. *Navicula assymetrica* Pant. nov. spec.

Valvis ellipticis obtusis, 17—18 μ. longis, 8·5—9 μ. latis. Area centralis ad formam fasciae transversae dilatata, unilateraliter cum stria singulari abbreviata marginali notata. Striae radiantes 20 in 10 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Sentenai in insula Jesso. Icon: Beitrg. III., tab. 7., fig. 110.

279. *Navicula bacilliformis* Grun.

Long. 30—40 μ. lat. 7—8 μ. Striae 25 in 10 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Magyar Hermány in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 3., fig. 49.

280. *Navicula bodosensis* Pant. spec. nov.

Valvis elongatolanceolato ellipticis (trochisciformibus), cum polis obtusis et medio inflatis. Area axilaris lanceolata, ad porum centralem transverse dilatata, hic ad rhaphen maculis duabus oblongis notata. Striis marginalibus radiantibus ad centrum interruptis. Long. 70 μ. Lat. 21 μ. Striae 18 in 10 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Bibarczfalva, Bodos et Köpecz in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 3., fig. 35.

281. *Navicula borealis* (E.) Kg. var. *fossilis* Pant.

Long. 47—50 μ., lat. 13—14 μ. Striae vastae ovales 3—4 in 10 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Köpecz in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 5., fig. 73.

282. *Navicula Brebissonii* Kg. var. *fossilis* Pant.

Long. 60—65 μ., lat. 12—14 μ. Striae 10 in 10 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Magyar Hermány et Bodos in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 19., fig. 279.

283. *Navicula Budayana* Pant. nov. spec.

Species insignis cum valvis ellipticis, 95—100 μ. longis, 35—42 μ. latis, cum polis rotundatis obtusis, ad marginem cum vitta atra elliptica, ad rhaphen cum vittis duabus atris elongatis medio inflatis ornata. Area centralis ovalis dilatata. Structura porosa. Poris ellipticis 5 in 10 μ. transversis papillosis, in lineas transversas 7—8 in 10 μ. ordinatis. Area axillaris linea margaritorum cincta. Rhaphe directa valida incrassata.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Bibarczfalva, Bodos et Köpecz in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 4., fig. 57.

284. *Navicula carpathorum* Pant. nov. spec.

Valvis ellipticis, 85—100 μ. longis, 35—40 μ. latis, polis obtusis, cum rhaphe incrassata, et nodulo centrali dilatato elliptica. Striis punctatis 15 in 10 μ.

In stratis tertiariis ad Dubravica, Bory, Farkasfalva, Ihracs, Jastraba, Mocsar in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 17., fig. 246.

285. *Navicula confederata* Pant. nov. spec.

Valvis ellipticis 95—100 μ. longis, 34—36 μ. latis, cum polis obtusis. Rhaphe directa, polos versus unilateraliter hamuli forme inflexa. Porus centralis transverse ellipticus dilatatus. Striis 8 in 10 μ., grosse punctatis subradiantibus. Puncta lineas longitudinales constituentes.

In stratis tertiariis marinis ad Richmond in Amerika borealis. Icon: Beitrg. III., tab. 34., fig. 481.

286. *Navicula curtestria* Pant. nov. spec.

Valvis linearibus sublanceolatis, ad medium inflatis, cum polis obtusis 70—80 μ. longis, 14—15 μ. latis, cum striis validis abbreviatis marginalibus, 10—12 in 10 μ. Rhaphe directa dilatata. Area axillaris late lanceolata.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Köpecz in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 12., fig. 188.

287. *Navicula debilis* Pant. nov. spec.

Valvis linearibus, cum polis obtusis, 19—20 μ. longis, 5—6 μ. latis. Striis transversis parallelis 28 in 10 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Sentenai in insula Jesso. Icon: Beitrg. III., tab. 6., fig. 98.

288. *Navicula decumana* Pant. nov. spec.

Valvis linearibus elongatis, cum polis obtusis rotundatis 117—126 μ. longis, 19—21 μ. latis. Rhaphe directa, ad polos inflexa, ab area axillari elongata dilatata cincta. Striae validae transversae ad polos ascendentes 13—14 in 10 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Köpecz in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 35., fig. 499.

289. *Navicula deficilis* Pant. nov. spec.

Valvis ellipticis 49—51 μ. longis, 34—35 μ. latis, cum area axillari dilatata lyraeformi. Striae marginales, ad rhaphen in linea longitudinali dispositae. 8 in 10 μ.

In stratis tertiariis marinis ad Nyermegy in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 41., fig. 560.

290. *Navicula dubravicensis* Pant. Syn. Nav. radiosa Kg. var. *dubravicensis* Grun.

Long. 64—70 μ., lat. 12—13 μ. Striae radiantes ad polos adscendentes 10 in 10 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Dubravica in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 19., fig. 281.

291. *Navicula duplex* Pant. nov. spec.

Valvis latelanceolate ellipticis, cum lateris directis et polis obtusis, 88—92 μ. longis, 37—40 μ. latis. Rhaphe directa. Area axillaris incrassata nuda, ad formam lyrae dilatata. Striae validae 9—10 in 10 μ., marginales abbreviatae radiantes, ad rhaphen sitis separatae.

In limo maris ad Neapolim. Icon: Beitrg. III., tab. 42., fig. 579.

292. *Navicula Egeria* Pant. nov. spec.

Valvis ellipticis 80 μ. longis, 25 μ. latis, cum polis obtusis. Rhaphe directa. Area axillaris angustata sublyraeformis. Striae radiantes 16 in 10 μ. subtiliter punctatae, a vittis duabus atris nigris longitudinales ad rhaphen sitis subundulatis, interruptae.

In stratis marinis tertiariis ad Kavna Bremia in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 42., fig. 578.

293. *Navicula elliptica* Kg. var. *fossilis* Pant.

Valvis 33·6 μ. longis, 20 μ latis. Rhaphe valida incrassata. Nodulus centralis ellipticus dilatatus. Striis 11—12 in 10 μ., arcuatis subtiliter punctatis.

In stratis aquae dulcis tertiariis ad Deménd in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 2., fig. 32.

294. *Navicula Entzii* Pant. nov. spec. Syn. Nav. basilica Pant. non Brun.

Valvis lanceolato ellipticis, cum polis obtusis. 66—72 μ. longis, 25—32 μ. latis. Rhaphe directa, ad polos inflexa, ab area axillari nuda ad nodulum centralem elliptice dilatata, cincta. Striae validae radiantes 6—7 in 10 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Bodos. Köpecz in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 8., fig. 129.

Dedicavi Dom. prof. Géza Entz Budapestini.

295. *Navicula exigua* Greg.

Long. 22 μ., lat. 11 μ. Striae radiantes 10 in 10 μ. subtiliter punctatae.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Magyar Hermány in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 3., fig. 48.

296. *Navicula filiformis* Pant. nov. spec.

Valvis angustis linearibus subrhombicis 124·5 μ. longis, 15 μ. latis, cum polis subacutis. Rhaphe directa, ab area axillari nuda dilatata subrhombica cincta. Striae radiantes marginales 12 in 10 μ.

In stratis marinis tertiariis ad Nyermegy in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 39., fig. 358.

297. *Navicula Flattii* Pant. nov. spec.

Valvis elongato lanceolatis, cum polis productis subacutis 154—160 μ. longis, 31—33 μ. latis. Rhaphe directa ab area axillari lanceolata dilatata cincta. Striae validae 6—7 in 10 μ. radiantes, striatae, uno latere valvae, a vitta hyalina lata nuda interruptis.

In stratis marinis tertiariis ad Izsópallaga Serges in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 22., fig. 330.

Dedicavi hanc praeclaram speciem amico meo C. de Flatt botanophilo Budapestini.

298. *Navicula gastrum* (E.) Donkin.

Long. 27 μ., lat. 10·5 μ. Striae 12—15 in 10 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Jastraba, Ibrács, Luttilla, Dubravica, Farkasfalva, Magyar Hermány in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 3., fig. 48.

299. *Navicula Gurowii* Pant. nov. spec.

Valvis rhomboideo lanceolatis, cum polis productis obtusis 49—58 μ. longis. 20·5—21 μ. latis. Rhaphe incrassata directa, ab area axillari hyalina, ad nodulum centralem elliptice dilatata cincta. Striae validae radiantes ad centrum sitis longiores brevioresque, 6—7 in 10 μ. nudae.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Bodos et Köpecz in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 4., fig. 58.

300. *Navicula Gutwinskii* Pant. nov. spec.

Valvis elongato linearibus, cum polis rotundatis 163·5 μ. longis. 30 μ. latis. Rhaphe directa dilatata incrassata, ad nodulos terminales flexa, hic unilateraliter poro solitario notata. Area axillaris linearis dilatata. Porus centralis ovalis dilatatus. Striae validae subradiantes, ad polos ascendentes, nudae 6—8 in 10 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Bodos, Bibarczfalva et Köpecz in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 14., fig. 217.

Dedicavi amico meo dom. prof. R. Gutwinskii Krakowiae.

301. *Navicula Haradaae* Pant. nov. spec.

Valvis late ellipticis 21·6 μ. longis, 14·5 latis, ad polos rotundatis. Rhaphe directa. Area axillaris augustata nuda. Porus centralis transverse dilatatus. Striae 22—25 in 10 μ. arcuato radiantes.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Sentenai in insula Jesso. Icon: Beitrg. III., tab. 6., fig. 100.

302. *Navicula hasta* Pant. nov. spec.

Valvis elongato lanceolatis 63—76 μ. longis, 14—18 μ. latis, cum polis productis obtusis. Rhaphe directa, ab area axillari longitudinali sat dilatata cincta. Striae validae radiantes striolatae 8—10 in 10 μ., ad centrum longiores et breviores.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Bibarczfalva, Bodos et Köpecz in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 5., fig. 74, tab. 14., fig. 213.

303. *Navicula Hauerii* Grun.

Long. 100—110 μ., lat. 16—18 μ. Striae 7—8 in 10 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Dubravica, Bory, Farkasfalva, Ibrács, Jastraba, Luttilla, Magyar Hermány et Mocsár in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 8., fig. 135.

304. *Navicula hilarula* Pant. nov. spec.

Valvis ellipticis 45—50 μ. longis, 26—27·5 latis. Rhaphe directa valde incrassata obtusa. Area axillaris lanceolate diladata, area centralis magna ovalis. — Structura alveolata.

Alveolae ellipticae, in lineas radiantes abbreviatas 7—8 in 10 μ. dispositae, ad aream axillarem, in lineas hyalinas transientes.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Bibarczfalva, Bodos et Köpecz in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 15., fig. 230.

305. *Navicula Hornigii* Pant. nov. spec.

Valvis ellipticis, medio leniter inpressis, cum polis obtusis 49.5 μ. longis, 15 μ. latis. Rhaphe directa valida; porus centralis ellipticus dilatatus. Area axillaris lanceolata sat dilatata. Striis punctatis 8 in 10 μ. subradiantibus, ad rhaphen cum puncto majori exientibus, hic lineam longitudinalem arcuatam et marginem internum repandum situm formantibus.

In stratis marinis tertiariis ad Bory Hungariae. Icon: Beitrg. III., tab. 16., fig. 241.

Dedicavi Illustr. Domino lib. Bar. Hornig Episcopo Albae Regiensi.

306. *Navicula Hyrtlii* Pant. nov. spec.

Valvis lineare ellipticis, cum polis rotundatis, 180—200 μ. longis, 34—36 μ. latis. Rhaphe directa, ad polos inflexa, poro solitario notata, incrassata. Porus centralis et terminalis rotundatus dilatatus, Area axillaris elongata dilatata. Striae validae confluentes radiantes, ad polos ascendentes, 7—8 in 10 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis, ad Bibarczfalva, Bodos et Köpecz in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 17., fig. 257.

Dedicavi dom. Prof. Jos. Hyrtl, anatomo celeberrimo et magistro meo carissimo Vindobonae.

307. *Navicula illustra* Pant. Syn. N. Sandriana Grun. var. *fossilis* Pant. Nav. ypsilon Clev.

Valvis late ellipticis, cum polis rotundatis 130 μ. longis, 50 μ. latis. Rhaphe directa, ad polos hamuliforme inflexa. Area axillaris ad formam lyrae dilatata. ad strias rhaphidem tangentes striolata, hic striolae vittam arcuatam latam striolatam constituentes. Striae marginales 20 in 10 μ. radiantes nudae, ad rhaphidem sitae quasi separatae elevatae transversae punctatae.

In stratis marinis tertiariis ad Bory Hungariae. Icon: Beitrg. III., tab. 2., fig. 17.

308. *Navicula inscendens* Pant. nov. spec. Syn. Nov. muscaeformis Pant. non. Grun.

Valvis late panduraeformibus, cum polis subacutis, 42—58 μ. longis, 18—20 μ. latis. Rhaphe directa. Area axillaris panduraeformis dilatata nuda. Striae 7 in 10 μ. punctatae radiantes et in lineas longitudinales arcuato undulatas ordinatae.

In stratis tertiariis marinis ad Káránd Hungariae. Icon: Beitrg. III., tab. 17., fig. 256.

309. *Navicula includens* Pant. nov. spec.

Valvis elongatis, cum polis subcuneatis 69 μ. longis, 10 μ. latis. Rhaphe directa vasta abbreviata, polos non attigens. Area axillaris angusta, usque ad polos percurrens; area centralis elliptice dilatata Striae punctatae transversae 18 in 10 μ. Valva ad marginem cum vitta longitudinali cincta.

In stratis marinis tertiariis ad Izsopallaga Serges in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 13., fig. 201.

310. *Navicula inculta* Pant. nov. spec.

Valvis elongatis, cum polis subrostratis 88 μ. longis 14·4 μ. latis. Rhaphe directa, ad polos hamuliforme inflexa, Area axillariis elongata angusta. Striae nudae, 18—20 in 10 μ. subradiantes transversae.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Bibarczfalva, Bodos, Köpecz in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 14., fig. 216.

311. *Navicula Jimboi* Pant. nov. spec.

Valva lanceolata, subrostrata, obtusa 32—40 μ. longa, 16—19 lata. Rhaphe directa. Area axillaris angustata, centralis angusta subtransversa, unilateraliter cum poro solitario majori notata. Striae 13 15 in 10 μ. punctatae, subradiantes ad centrum valvae unilateraliter cum longiori et breviori intermixtae.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Sentenai in insula Jesso. Icon: Beitrg. III., tab. 5., fig. 81.

312. *Navicula Kanitzii* Pant.

Valvis elongatis medio inflatis, ad polos obtusis. Long. 93·6 μ. lat. 18·4 μ. Rhaphe directa valida, ad polos inflexa. ab

area axillari dilatata lanceolata et ad nodulum centralem bilateraliter macula oblonga cincta. Striae transversae superne parallelae, ad medium radiantes 15—18 in 10 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Köpecz in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 3., fig. 41.

Dedicavi amico meo dom. prof. Akusio Kanitz in universitate ad Kolozsvár.

313. *Navicula Kinkeriana* Pant.

Valvis panduraeformibus 143 μ. longis, ad polos 38·5 μ. ad medium 19 μ. latis. — Rhaphe directa, ab area panduriformi hyalina, tantum ad strias vitta disseminate punctata cincta. Striae radiantes marginatae, a granulis 3—4 confluentibus constitutae 7—9 in 10 μ.

In limo marino ad Neapolin. Icon: Beitrg. III., tab. 42., fig. 571.

314. *Navicula latevittata* Pant. nov. spec.

Valvis elongatis cum polis subcuneatis. Long. 76·5 μ., lat. 22·2 μ. Rhaphe directa, valida. Area axillaris elongata angustata; area centralis rotundata. Striae 15—18 in 10 μ. transversae parallelae ad marginem vitta dilatata nuda longitudinali interruptae.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Bodos in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 8., fig. 122.

315. *Navicula latissima* Greg.

Long. 121 μ., lat. 51 μ. Striae 12 in 10.

In stratis tertiariis marinis ad Bory, Nagy Kürtös, Szakal, Szent Péter, Borostelek, Káránd, Serges, Nyermegy in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 41., fig. 568.

316. *Navicula latissima* Greg. var. *capitata* Pant. nov. spec.

Cum polis capitatis. Long. 92 μ., lat. 45 μ. Striae 10—11 in 10 μ.

In stratis tertiariis marinis ad Bory, Nagy Kürtös, Szakal, Szent Péter, Borostelek, Élesd, Káránd, Serges, Nyermegy in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 32., fig. 461.

317. *Navicula Leonis* Pant. nov. spec. Syn. Nav. conspersa Pant. non. E.

Valvis subeltipticis cum polis capitatis, ad marginem parallelis. Long. 50·5 μ., lat. 26 μ. Rhaphe directa. Area axillaris sat dilatata, centralis rotundata. Striae subradiantes 10—10 μ. punctatae. Puncta 20 in 10 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Köpecz in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 11., fig. 184.

318. *Navicula lucida* Pant. nov. spec.

Valvis linearibus elongatis subrhombicis. ad polos obtusis. Long. 192 μ., lat. 19 μ. — Rhaphe directa. Area axillaris angustata, centralis elliptica. Striae 15—16 in 10 μ., medio radiantes, ad polos parallelae.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Bodos. Köpecz in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 18., fig., 264.

319. *Navicula Lyra* E. var. *acuta* Pant.

Long. 90 μ., lat. 50 μ. cum polis acutis. Striae 12 in 10 μ. punctatae.

In stratis tertiariis marinis ad Nagy Kürtös Hungariae. Icon: Beitrg. III., tab. 33., fig. 468.

320. *Navicula Lyra* E. var. *hungarica* Pant.

Long. 122·5 μ., lat. 52·7 μ. subelliptica. Striae radiantes 10—11 in 10 μ.

In stratis tertiariis ad Nagy Kürtös in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 34., fig. 479.

321. *Navicula Lyra* E. var. *producta* Pant.

Valvis ellipticis. Long. 145 μ., lat. 57 μ. Area axillaris lyraeformis. ad medium leniter constricta, centralis transverse dilatata. Striae 12 in 10 μ.

In stratis tertiariis marinis ad Nagy Kürtös Hungariae. Icon: Beitrg. III., tab. 33., fig. 466.

322. *Navicula major* Kg. var. *andesitica* Pant.

Linearis elongata, cum lateribus directis. polis obtusis. Long. 131 μ., lat. 21 μ. Striae 8—10 in 10 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Bory in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 7., fig. 113.

323. *Navicula Mantichora* Pant. nov. spec.

Valvis panduraeformibus. Long. 161·5 μ., lat. ad polos 47·6 μ. ad constrictionem 25·5 μ. Rhaphe directa valida icrassata sublageniformis inflata. Area axillaris dilatata, ad rhaphen poris majoribus in linea longitudinali ordinatis notata. — Striae validae 4—5 in 10 μ. arcuato radiantes, a poris majoribus 3 confluentibus constitutae.

In stratis tertiariis marinis ad Nagy Kürtös in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 35., fig. 490.

324. *Navicula margarita* Pant. Syn. Nav. *margaritifera* Pant. non Tru. Witt.

Valvis panduraeformibus ad polos rotundatis 81 μ. longis, lat. ad poles 29 μ. ad constrictionem 21 μ. Rhaphe valida, ad formam lagenae inflata, a linea longitudinali poris majoribus constituta cincta. Area axillaris sat dilatata, centralis subtransversa. Striae 6 in 10 μ. subradiantes arcuatae, a poris majoribus papillosis constitutae.

In stratis tertiariis marinis ad Nagy Kürtös in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 35., fig. 494.

325. *Navicula Martonfii* Pant. nov. spec.

Valvis elongatoellipticis 136·5 μ. longis, 24 μ. latis. Rhaphe directa. Area axillaris angustata linearis, ad polos rostrata, centralis elliptica. Striae transversae 20 in 10 μ. longitudinales 10 in 10 μ.

In stratis marinis tertiariis ad Nyermegy in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 17., fig. 247.

326. *Navicula Maulerii* Brun.

Long. 20—25 μ., lat. 8—13 μ. Striae 7—8 in 10 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Bodos et Köpecz in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 7., fig. 105., tab. 9., fig. 150.

327. *Navicula mesolepta* (E.) Kg. var. *boryana* Pant.

Area centralis dilatata subrhombica. Long. 51 μ., lat. 11 μ. Striae 11—12 in 10 μ.

In stratis marinis tertiariis ad Bory Hungariae. Icon: Beitrg. III., tab. 21., fig. 312.

328. *Navicula Mikado* Pant. nov. spec.

Elliptica, ad polos rotundata 76—99 μ. longa, 51—61 μ. lata. Rhaphe directa, ad polos inflexa. Area axillaris ad formam lyrae dilatata nuda. Striae medio transversae parallelae ad polos radiantes 6, 7, 8 in 10 μ punctatae.

In stratis tertiariis marinis ad Wembets in insula Jesso. Icon: Beitrg. III., tab. 23., fig. 334.

329. *Navicula mocsarensis* Pant. nov. spec.

Late elliptico lanceolata, 50—55 μ. longa, 23—26 μ. lata, cum polis rostratis. Rhaphe directa. Area axillaris longitudinalis, centralis obliqua transverse dilatata. Striae radiantes, medio minores, punctatae 8—9 in 10 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Mocsár in Hungarie. Icon: Beitrg. III., tab. 23., fig. 340.

330. *Navicula neogena* Pant. nov. spec.

Valvis linearibus, medio inflatis, cum polis rotundatis. Long. 37—62 μ., lat. 7·5—9 μ. Rhaphe directa. Area axillaris angustata linearis, centralis ad formam vittae dilatatae transversae usque ad marginem percurrente, hic strias interrumpens. Striae transversae parallelae 20 in 10 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Dubravica in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 17., fig. 252; tab. 25., fig. 372.

331. *Navicula Neumayeriana* Pant.

Valvis lanceolatis subrostratis. Long. 50 μ., lat. 18·5 μ. Rhaphe directa, ad polos inflexa. Area axillaris longitudinalis sat dilatata, centralis transverse elliptica Poris 10 in 10 μ. in lineas radiosas 14 in 10 μ. ordinatis.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Bory Hungariae. Icon: Beitrg. III., tab. 4., fig. 64.

332. *Navicula nigricans* Pant. Syn. Nav. fusca Grun. var. permagna Pant. Beiträge II. pg. 49.

Valvis elongato ellipticis 150—200 μ. longis, 60—70 μ. latis. Rhaphe inflata. Area centralis rotundata dilatata. Striae 6—7 in 10 μ. grosse punctatae subradiantes, usque ad rhaphen percurrentes, hic vitta longitudinali medio inflata nigra interruptae. Valva nigrescens.

In stratis tertiariis marinis ad Bory in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 40., fig. 552.

333. *Navicula nobilis* (E.) Kg. var. *neogena* Grun.

Long. 157 μ., lat. 23 μ. Striae 7—8 in 10 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Bory, Dubravica, Farkasfalva in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 9., fig. 159.

334. *Navicula oblonga* Kg.

Long. 100 μ., lat. 12·5 μ. Striae 6—8 in 10 μ., ad polos subcapitatos hamuliforme inflexae.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Bory, Dubravica, Farkasfalva, Magyar Hermány in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 8., fig. 142.

335. *Navicula Orphei* Pant. nov. spec.

Valvis ellipticis elongatis, cum polis obtusis. Long. 69 μ. lat. 22 μ. Rhaphe directa. Area axillaris ad formam lyrae dilatata nuda, centralis transverse dilatata. Striae radiantes 26 in 10 μ. punctatae. An Mastogloiae spec.?

In stratis tertiariis marinis ad Nyermegy in Hungaria. Icon: Beitr. III., tab. 42., fig. 580.

336. *Navicula Ostracodarum* Pant. nov. spec.

Valvis subellipticis. Long. 33·5 μ., lat. 22 μ. Rhaphe directa lageniforme inflata. Area centralis rotundata. Striae validae 8 in 10 μ., a poris majoribus constitutae, arcuato radiantes ad rhaphen vitta longitudinali medio inflata interruptis. Poris 8—9 in 10 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Köpecz in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 9., fig. 145.

337. *Navicula pachyptera* (E.) Kg.

Long. 88·5 μ., lat. 28·5 μ. Striae 3 in 10 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Dubravica Hungariae. Icon: Beitrg. III., tab. 20., fig. 302.

338. *Navicula paludinarum* Pant. nov. spec.

Valvis lanceolatis obtusis. Long. 105·4 μ., lat. 34 μ. Rhaphe directa ad polos inflexa, ab area axillari elongata sat dilatata circulari cincta. Striae validae radiantes 7—8 in 10 μ. cum alveolis ellipticis, obliquis, confluitibus.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Bibarczfalva, Bodos, Köpecz in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 9., fig. 144.

339. *Navicula paludinarum* Pant. var. *gracilior* Pant.

Gracilior. Long. 103 μ., lat. 26·5 μ. Striae densiores 8—10 in 10 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Bodos Transilvaniae. Icon: Beitrg. III., tab. 11., fig. 186.

340. *Navicula paripinnata* Pant. nov. spec.

Valvis elongatis, cum polis obtusis subcuneatis et lateribus parum impressis. Long. 138·5 μ., lat. 27 μ. Rhaphe directa dilatata quasi plicata, ad polos inflexa. Area axillaris elongata ad formam lagenae dilatata, centralis rotundata assymetrice dilatata. Striae transversae parallelae, confluentes 6—7 in 10 μ. ad polos ascendentes.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Bodos Transilvaniae. Icon: Beitrg. III., tab. 18., fig. 263.

341. *Navicula pavida* Pant. nov. spec.

Linearis elongata, cum polis subcuneatis. Long. 81 μ., lat. 19·5 μ. Rhaphe directa. Area axillaris elongata lanceolata dilatata, centralis subelliptica, ad rhaphen bilateraliter 1—1 vitta punctata abbreviata notata. Striae parallelae 10 in 10 μ.

In stratis marinis tertiariis ad Kavna Bremia Hungariae. Icon: Beitrg. III., tab. 30., fig. 438.

342. *Navicula producta* Pant. nov. spec.

Rhomboideo lanceolata. Long. 99 μ., lat. 21 μ. Rhaphe directa. Area axillaris angustata lyraeformis; centralis transverse dilatata. Striae subradiantes 16 in 10 μ. punctatae. Probabiliter Mastogloia.

In stratis marinis tertiariis ad Nyermegy Hungariae. Icon: Beitrg. III., tab. 18., fig. 262.

343. *Navicula perlonga* Pant.

Valvis linearibus elongatis, lateribus medio inflatis, polis subcuneatis dilatatis. Long. 360—400 μ., lat. 35—38 μ. Rhaphe directa, ad polos parum inflexa. Area axillaris elongata ad polos rotundata, centralis rotundata. dilatata. Striae 8—10 in 10 μ. transversae parallelae.

In stratis marinis tertiariis ad Bory. Borostelek Hungariae. Icon: Beitrg. III., tab. 14., fig. 209.

344 *Navicula pervasta* Pant. nov. spec.

Valvis late ellipticis, ad polos rotundatis. Long. 187·5 μ., lat. 102 μ. Rhaphe inflata sublageniformis. Area axillaris elongata, ad polos dilatata, centralis elliptica dilatata. Striae 5—6 in 10 μ., arcuate radiantibus, porosae, ad rhaphin repando confluentes. Poris 8 in 10 μ.

In stratis marinis tertiariis ad Izsopallaga Serges in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 36., fig. 510.

345. *Navicula phalangium* Pant. nov. spec.

Linearis, cum polis cuneatis. Long. 60 μ., lat. 16·5 μ. Rhaphe directa. Area axillaris sub lanceolata, dilatata. Striae validae, transversae, parallelae ad polos ascendentes 6 in 10 μ.

In stratis tertiariis marinis ad Kavna Bremia Hungariae. Icon: Beitrg. III., tab. 30., fig. 432.

346. *Navicula polygibba* Pant.

Valvis lanceolate ellipticis 42 μ. longis. 17 μ. latis, cum polis subapiculatis, et lateribus undulatis 4 gibbis. Rhaphe directa. Area axillaris elongata, attenuata, centralis rotundata. Striae 16—18 in 10 μ. punctatae radiantes.

In stratis tertiariis marinis ad Kavna Bremia in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 5., fig. 85.

347. *Navicula praeclara* Pant. nov. spec.

Elliptica cum polis rotundatis. Long. 53 μ., lat. 21 μ. Rhaphe directa inflata. Area axillaris angustata, centralis elliptica dilatata. Striae validae 10—11 in 10 μ. arcuato radiantes, a poris majoribus constitutae, ad rhaphin a vitta longitudinali atra, medio inflata interruptae.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Köpecz in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 11., fig. 182.

348. *Navicula praeflua* Pant. nov. spec.

Elliptica, cum polis productis rotundatis. Long. 61·5 μ., lat. 22·5 μ. Rhaphe directa inflata. Area axillaris angustata, centralis elliptica, dilatata. — Striae arcuato radiantes striolatae 8—9 in 10 μ.

In stratis tertiariis marinis ad Bory Hungariae. Icon: Beitrg. III., tab. 15., fig. 232.

349. *Navicula pressa* Pant. nov. spec.

Elliptico lanceolata, cum polis obtusis. Long. 40·5 μ., lat. 15 μ. Rhaphe directa. Area centralis transverse dilatata. Striae 8—9 in 10 μ. radiantes, ad centrum valvae minores.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Bodos in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 24., fig. 362.

350. *Navicula primordialis* Pant. nov. spec.

Species antiquissima et eximia Navicularum! Valva elongata, ad polos subrostrata. Long. 168 μ., lat. 37·5 μ. Rhaphe directa, ad polos incrassata. Area axillaris elongata, sat dilatata, centralis subelliptica. Striae 6—7 in 10 μ. characteristice alternantim interruptae striolatae et abbreviatae.

In stratis antiquissimis marinis ad Kusnetzk in Rossia europea. Icon: Beitrg. III., tab. 25., fig. 382.

351. *Navicula Proserpinae* Pant. nov. spec.

Elongata, cum lateribus medio leniter inflatis, polis rotundatis. Rhaphe directa, ab area axillari ad polos rotundate et centro

subelliptice dilatata cincta. — Long. 102 μ., lat. 16·5 μ. Striae sat validae, ad rhaphen confluentes transversae, parallelae, ad polos ascendentes 14—15 in 10 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Bodos Transilvaniae. Icon: Beitrg. III., tab. 18., fig. 260.

352. *Navicula protracta* Grun. forma *minor* Pant.

Long. 27 μ., lat. 9 μ. Striae 10 in 10 μ.

In stratis tertiariis aqua dulcis ad Jastraba Hungariae. Icon: Beitrg. III., tab. 20., fig. 301.

353. *Navicula pseudoaspera* Pant. nov. spec.

Valvis elongato ellipticis 180 μ. long., 20 μ. latis. Rhaphe directa, ab area axillari angusta centrali characteristice transverse subcruciata dilatata cincta. Striae a striolis constitutae radiantes, 10—12 in 10 μ. ad centrum abbreviatae. Striolae 6 in 10 μ.

In stratis marinis tertiariis ad Borostelek in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 18., fig. 258.

354. *Navicula pseudogemmata* Pant. nov. spec.

Valvis elongato ellipticis dilatatis cum lateribus leniter constrictis. Long. 151·3 μ., lat. 35·5 μ. — Rhaphe directa inflata. Area axillaris elongata dilatata, ad rhaphin crenulato serrata, centralis rotundata. Striae validae 3—4 in 10 μ. a gemmis confluentibus constitutae.

In stratis marinis tertiariis ad Nagy Kürtös Hungariae. Icon: Beitrg. III., tab. 29., fig. 420.

355. *Navicula pusilla* Grun. var. *fossilis* Pant.

Lanceolato elliptica. Long. 22 μ., lat. 6·5 μ. Striae 12 in 10 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Deménd Hungariae. Icon: Beitrg. III., tab. 5., fig. 75.

356. *Navicula Reusii* Pant. nov. spec.

Valvis ellipticis, 55 μ. longis, 34 μ. latis, cum margine 1·5 μ. lato striolato. Rhaphe directa ad polos flexa. Area centralis elliptica parva. Striae 14 in 10 μ. marginales, ceterum spacium

valvae poris, disseminatis, in lineas irregulariter longitudinalibus, ad rhaphen in lineam longitudinalem directam dispositis.

In stratis marinis tertiariis ad Thesiogori in insula Jesso. Icon: Beitrg. III., tab. 33., fig. 473.

357. *Navicula scythica* Pant. nov. spec.

Elongata, angustata, cum polis rotundatis. Long. 94 μ., lat. 15 μ. Rhaphe directa, ad polos poro solitario unilateraliter notata et hic leniter flexa. Area axillaris elongata, sat dilatata ad polos rotundata, centralis subrhomboideo elliptica. Striae 8—10 in 10 μ. radiantes, ad polos adscendentes, ad aream nudam confluentes.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Dubravica in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 23., fig. 335.

358. *Navicula seriosa* Pant. nov. spec.

Elliptica, cum polis rostrato acuminatis. Long. 37 μ., lat. 26 μ. Rhaphe directa, ab area nuda lyraeformi cincta. Striae ab area interrupte ad marginem radiantes, ad rhaphen parallelae, punctatae 16 in 10 μ. Area nuda ad marginem leniter constricta et striolis irregulariter dispositis tecta.

In stratis tertiariis marinis ad Bory Hungariae. Icon: Beitrg. III., tab. 32., fig. 464.

359. *Navicula Sieboldii* Pant. nov. spec.

E greve Nav. asperae E., cum valvis ellipticis. Long. 85·5 μ., lat. 37·5 μ. Rhaphe directa ad polos inflexa. Area axillaris augusta, centralis transverse quasi ad figuram clepsydrae dilatata. Striae 8 in 10 μ. radiantes, grosse punctatae.

In stratis tertiariis marinis ad Abashiri in insula Jesso. Icon: Beitrg. III., tab. 20., fig. 293.

360. *Navicula styriaca* Grun.

Long. 60·8 μ., lat. 20 μ. Striae punctatae 10—12 in 10 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Bory in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 6., fig. 102; tab. 12., fig. 194; tab. 20., fig. 298.

361. *Navicula subfusca* Pant. nov. spec.

Elongato elliptica. Long. 165·5 μ., lat. 53·5. Rhaphe directa incrassata. Area axillaris angusta, centralis elliptice dilatata. Striae 6 in 10 μ. subradiantes punctatae. Puncta 16 in 10 μ.

In stratis marinis tertiariis ad Serges in Hungaria. Icon: Beitr. III., tab. 40., fig. 553.

362. *Navicula Toulaae* Pant. nov. spec.

Lanceolata 48·8 μ. long., 18·8 μ. lata. Rhaphe directa. Area axillaris angusta, centralis rotundata dilatata. Striae 12—13 in 10 μ. radiantes, striolatae, striolae 10 in 10 μ. in lineas longitudinales dispositae. Striae mediae maxime abbreviatae.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Köpecz in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 12., fig. 196.

363. *Navicula transilvanica* Pant. nov. spec.

Valvis elongato lanceolatis, cum polis rotundatis. Long. 75 μ., lat. 18 μ. Rhaphe directa dilatata plicata, ad polos inflexa. Area nuda axillaris lanceolata dilatata, ad polos rotundata. Striae radiantes, ad polos adscendentes, cum poro solitario vittam longitudinalem arcuatam constituente notatae. 9—10 in 10 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Köpecz in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 1., fig. 7.

364. *Navicula transilvanica* Pant. var. *producta* Pant.

Valvis gracilioribus, longioribus 145 μ. long., 27 μ. lat. Striae 6—8 in 10 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Köpecz in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 33., fig. 345.

365. *Navicula Trevelyana* Donk. var. *hungarica* Pant.

Valvis elongatis convexis cum polis rotundatis. Long. 170 μ., lat. 8·5 μ. Rhaphe directa. Area axillaris angusta, ad polos unilateraliter rotundata; centrali rotundata. Striae radiantes, ad polos adscendentes 9—10 in 10 μ. in latere connectiv. in parte superiori et inferiori a vitta longitudinali nuda dilatata interruptae.

In stratis marinis tertiariis ad Nyermegy Hungariae. Icon: Beitrg. III., tab. 42., fig. 575.

366. *Navicula trinotata* Pant. nov. spec.

Linearis dilatata, cum polis rotundatis. Long. 71 μ., lat. 18·7 μ. Rhaphe directa. Area axillaris linearis dilatata, centralis elliptica, ad polos et ad centrum cum poro solitario notata. Striae ad medium subradiantes superne transversae parallelae, hyalinae 15—16 in 19 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Köpecz in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 9., fig. 152.

367. *Navicula turgidula* Pant. nov. spec.

Late elliptica, 37 μ. longa, 25 μ. lata, cum polis rotundatis. Rhaphe directa. Area axillaris lyraeformis arcuata, centralis transversa. Striae punctatae, 12—14 in 10 μ., marginales arcuatae, ad rhaphen sitae abbreviatae, transversae parallelae.

In stratis tertiariis marinis ad Bory in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 32., fig. 462.

368. *Navicula Vaszaryi* Pant. nov. spec.

Valvis rhomboideo lanceolatis subacutis. Long. 44 μ., lat. 21·5 μ. Rhaphe directa abbreviata. Area axillaris angusta, centralis transverse dilatata. Striae 18—20 in 10 μ. subtiliter punctatae radiantes, ad centrum magis abbreviatae. An valva superior Achnanthis?

In stratis tertiariis marinis ad Nyermegy in Hungariae. Icon: Beitrg. III., tab. 16., fig. 239.

369. *Navicula Venus* Pant. nov. spec.

Panduriformis 108 μ., longa, ad polos 35 μ. ad constr. 18 μ. lata. Rhaphe directa, ad polos inflexa. Area axillaris et centralis dilatata elongata, medio leniter constricta, cum poris disseminatis hyalinis notata. Striae radiantes a granulis longitudinalibus constitutae 8 in 10 μ., ad marginem cum vitta atra longitudinali arcuata constricta notatae.

In stratis tertiariis marinis ad Nagy Kürtös in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 29., fig. 422.

370. *Navicula viridis* (E.) Kg.

Long. 95·2 μ., lat. 19·2 μ. Striae 7—8 in 10 μ.
In stratis tertiariis aquae dulcis ad Magyar Hermány in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 7., fig. 119.

371. *Navicula viridis* (E.) Kg. var. *fossilis* Pant. nov. var.

Linearis, cum polis rotundatis. Long. 105·6 μ., lat. 18·4 μ. Rhaphe directa. Area axillaris ad polos rotundate, centralis elliptice dilatata. Striae validae 8—10 in 10 μ. radiantes, ad polos adscendentes.
In stratis tertiariis aquae dulcis ad Bory Hungariae. Icon: Beitrg. III., tab. 12., fig. 193.

372. *Navicula viridis* (E.) Kg. var. *staurophora* Pant. nov. var.

Long. 76 μ., lat. 13·6 μ. Striae 10—12 in 10 μ., medio valvae vitta transversa nuda interruptis.
In stratis tertiariis aquae dulcis ad Magyar Hermány in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 6., fig. 96.

373. *Nitzschia bicuspidata* Pant.

Long. 51·5 μ., lat. 11 μ.; puncta carinalia 6—7 in 10 μ. Striae 20 in 10 μ.
In stratis tertiariis aquae dulcis ad Aranyos in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 4., fig. 53.

374. *Nitzschia costata* Pant. nov. spec.

Linearis elongata, cum polis subrostratis. Long. 134 μ., lat. 7 μ. Carina elevata, costae transversae 4—5 in 10 μ.
In stratis marinis tertiariis ad Nyermegy in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 41., fig. 566.

375. *Nitzschia pulcherrima* Grun. var. *interrupta* Pant. nov. var.

Valvis elongatis carinatis. Poris carinalibus distinctis. Striae transversae parallelae punctatae, a maculis interruptis.
In stratis marinis tertiariis ad Szakal in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 23., fig. 237.

376. *Nitzschia spectabilis* (E.) Grun.

Long. 234 μ., lat. 33 μ. Puncta carinalia 4—5 in 10 μ. Striae 13—14 in 10 μ.

In stratis aquae dulcis tertiariis ad Bory in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 7., fig. 120.

377. *Nitzschia transilvanica* Pant. nov. spec.

Valvis linearibus, cum polis parum productis rubrostratis, rotundatis. Long. 113·2 μ., lat. 13·6 μ. Carina elevata. Striae punctatae 10 in 10 μ.

In stratis aquae dulcis tertiariis ad Köpecz in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 10., fig. 167.

378. *Nitzschia Tryblionella* Hantzsch. var. *maxima* Grun.

Long. 73·6 μ., lat. 28 μ. Poris carinalibus 8—9 in 10 μ Striae 8—9 in 10 μ.

In stratis aquae dulcis et marinis tertiariis ad Bory in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 7., fig. 116.

379. *Odontella boryana* Pant.

Diam. long. valvae 60 μ., diam. minor valvae 48 μ. Long. frustulae 57—76 μ. Lat. 31—60 μ.

In stratis tertiariis marinis ad Bory Hungariae. Icon: Beitrg. III., tab. 6., fig. 89.; tab. 24., fig. 367.

380. *Odontella pygmaea* Pant. nov. spec.

Frustulis rectis elevatis bicornutis, 28·5 μ. longis, 24 μ. latis. Altitudo cornu 3 μ. Membrana connect. nuda. Structura punctata, ad centrum valvae elevatum, cum setis duabus longioribus. Puncta 6—2 in 10 μ. in lineas longitudinales ordinata.

In stratis tertiariis marinis ad Bory Hungariae. Icon: Beitrg. III., tab. 35., fig. 493.

381. *Odontotropis birostrata* Pant.

Long. 145 μ., lat. 37 μ.

In stratis antiquissimis marinis ad Kusnetzk in Rossia. Icon: Beitrg. III., tab. 14., fig. 214.

382. *Odontotropis vitrea* Pant. nov. spec.

Frustulis hyalinis elliptice lanceolatis elevatis carinatis, ad polos cornutis, cornu abbreviatum. Carina maxime elevata bicornuta. Cornu carinale cum disco canali longitudinali comunicans. Long. 135 μ. Altitudo cum carina 40 μ. long. cornu carinalis 52 μ. Valvis disseminate punctatis. Margo hyalinus 5 μ. latus.

In stratis marinis tertiariis ad Szakal in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 38., fig. 535.

383. *Orthoneis Pethöi* Pant. nov. spec.

Valvis lateellipticis, cum polis acuminatis. Long. 32 μ., lat. 24·8 μ. Rhaphe directa, abbreviata. Area centralis rotundata. Loculamenta marginalia 1·5–2 in 10 μ. striolata. Puncta 3—4 in 10 μ. valida papillosa, ad rhaphen parvula in linea longitudinali ordinata, ceterum lineas arcuato curvatas constituentia.

In stratis marinis tertiariis ad Nyermegy in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 9., fig. 148.

384. *Paralia Debyi* Pant. nov. spec.

Frustulis concatenatis 8 μ. altis, 13·6 μ. latis, cum margine dilatato undulato. Membrana connect. loculamentis 10 in 10 μ. subtiliter punctatis ornata.

In stratis tertiariis marinis ad Bory Hungariae. Icon: Beitrg. III., tab. 33., fig. 475.

385. *Paralia hokkaideana* Pant. nov. spec.

Valvis circularibus late marginatis. Margo 9 μ. latus, cum corona punctorum et striolis validoribus cinctus. Centrum valvae nudae figura circulari squamarum hyalinarum constituta ornatum. Diametr. 79·5 μ.

In stratis marinis tertiariis ad Wembets in insula Jesso. Icon. Beitrg. III., tab. 29., fig. 428.

386. *Paralia Pethöi* Pant. nov. spec.

Valva circularis late marginata. Margo 2 μ. latus crenulatus et corona squamorum tectus. Structura valvae punctata.

Puncta in lineas radiantes usque ad centrum percurrentes, ordinata. Discus inter centrum et marginem corona punctorum majorum ornatus. Diam. 32 μ. Puncta 16 in 10 μ. Squamae marginales 6 in 10 μ.

In stratis tertiariis marinis ad Káránd in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 27., fig. 407.

387. *Paralia polycystinica* Pant. nov. spec.

Valva circularis, cum margine dilatato corona punctorum et squamarum oblongarum cincto. Discus radiis marginalibus abbreviatis ornatus. Diametr. 40 μ.

In stratis marinis antiquissimis ad Kusnetzk in Rossia. Icon: Beitrg. III., tab. 21., fig. 307.

388. *Peronia? boryana* Pant.

Frustulis cuneiformis concatenatis. Valvis cuneatis 18 μ. long., 8 μ. latis striolatis. Striae transversae parallelae 15 in 10μ.

In stratis aquae dulcis tertiariis ad Bory Hungariae. Icon: Beitrg. III., tab. 8., fig. 126.

389. *Plagiogramma boryanum* Pant.

Long. 40 μ., lat. 9 μ. Septis 5—6 in 10 μ.

In stratis tertiariis marinis ad Bory in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 4., fig. 55.

390. *Plagiogramma Lóczyi* Pant. nov. spec.

Valvis linearibus elongatis angustis, ad medium inflatis, cum polis rotundatis. Porus centralis rotundatus dilatatus. Striae 9—10 in 10 μ. punctatae transversae, parallelae. Long. 125 μ., lat. 11 μ.

In stratis tertiariis marinis ad Kavna Bremia in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 18., fig. 266.

391. *Plagiogramma Truanii* Pant.

Long. valvae 70—80 μ., lat. 12—14 μ. Striis 15 in 10 μ.

In stratis tertiariis marinis ad Bory in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 15., fig. 224.; tab. 24., fig. 351.

392. *Pleurosigma biharense* Pant. nov. spec.

Valvis sigmoideis, ad polos rotundatis. Rhaphe sigmoidea. Porus centralis rotundatus. Striae 24 in 10 μ. transversae parallelae. Long. 70 μ.; lat. 8 μ.

In stratis tertiariis marinis ad Káránd Hungariae. Icon: Beitrg. III., tab. 42., fig. 581.

393. *Pleurosigma Kochii* Pant. nov. spec.

Valvis lanceolato sigmoideis marginatis, cum polis obtusis. Rhaphe leniter sigmoidea. Porus centralis elliptice dilatatus. Striae longitudinales 15 in 10 μ.; transversae parallelae 14 in 10 μ. Long. 250 μ., lat. 32 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Köpecz in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 9., fig. 153.

394. *Pleurosigma neogradense* Pant.

Long. 114·5 μ., lat. 25 μ. Striae ad medium 12—13 in 10 μ. ad polos 20 in 10 μ.

In stratis tertiariis marinis ad Felső Esztergály in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 21., fig. 315.

395. *Pleurosigma transilvanicum* Pant. nov. spec.

Valvis lanceolato sigmoideis, cum polis subacutis. Rhaphe sigmoidea. Porus centralis rotundatus. Striae longitudinales et transversae 22 in 10 μ. Long. 133 μ., lat. 18 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Köpecz in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 6., fig. 94.

396. *Podosira constricta* Pant.

Frustulis concatenatis 36 μ. longis, 30 μ. latis marginatis, margine 2 μ. lato striolato. Structura punctata. Puncta subtilissima in lineas rectas et decussatas ordinata. Valvis circularibus convexis punctatis, cum centro nudo. Diametr. valvae 45 μ.

In stratis tertiariis marinis ad Bory in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 33., fig. 477; tab. 36., fig. 506.

397. *Podosira transilvanica* Pant. nov. spec.


Valvis circularibus marginatis convexis, cum centro dilatato disseminate punctato. Structura punctata. Puncta in lineas spirales disposita. Diametr. 32 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Köpecz in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 39., fig. 542.

398. *Pseudoauliscus Brunii* Pant.

Diametr. valvae 54—68 μ., lat. marg. 3 μ.

In stratis marinis antiquissimis ad Ananino in Russia. Icon: Beitrg. III., tab. 26., fig. 388.



399. *Pseudoauliscus granulatus* Pant. nov. spec.

Valvis circularibus, marginatis, cum ocellis duobus dilatatis marginalibus et structura punctata ornatis. Puncta in lineas decussatas ordinata, et per totum discum disposita 9 in 10 μ. Diametr. valvae 43 μ., lat. ocelli 8 μ.

In stratis antiquissimis marinis ad Ananino in Russia. Icon: Beitrg. III., tab. 10., fig. 173.

400. *Pseudocerataulus Kochii* Pant. nov. spec.

Valva circularis, late marginata, cum ocellis majoribus duobus marginalibus ornata. Structura puncta et setulosa. Puncta 14 in 10 μ. in lineas arcuato radiantes ordinata, usque ad centrum percurrentia. Valva et cum duabus spinis validis inter marginem et centrum dispositis vestita. Margo 3 μ. latus striolatus. Diametr. 64 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Köpecz in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 6., fig. 87.

Pseudomastogloia Pant. nov. genus.

Valvis sublanceolatis ad marginem loculamentis ad formam squamulae dilatatis ornata. Rhaphe ad porum centralem unilateraliter leniter curvata, area centralis unilateraliter elliptice dilatata. Structura duplex striolata et punctata. Frustula rectangula cum angulis obtusis. Loculamenta ad formam squamae dilatata, majora et breviora alternanantia. Membrana connect. cum duabus lineis longitudinalibus margaritis majoribus constitutis ornata.

401. *Pseudomastogloia Castracanei* Pant. Syn. Alloeoneis Castracanei Pant. Mastogloia Castracanei Cleve.

Valva lanceolato elliptica, subcapitata 65 μ. longa, 21·5 μ. lata. Rhaphe directa ad porum centralem unilateraliter inflexa.

Area axillaris angustata, centralis elliptica unilateraliter sinuata. Margo cum loculamentis minutis abbreviatis squamosis et corona margaritarum majorum cinctus. Structura duplex, striata et puncta. Striae 6—7 in 10 μ. superiores a serie duplice punctorum compositae ad rhaphem cum poro majori exientes et hic seriem punctorum majororum longitudinalem ad polum centralem unilateraliter sinuatam constituentes. Structura inferior valvae subtiliter punctulata.

In stratis tertiariis marinis ad Bory et Borostelek in Hungaria. Icon: Beitrg. II., tab. 23., fig. 344; Beitrg. III., tab. 25., fig. 374.

402. *Pyrgodiscus Kinkerii* Pant. nov. spec.

Frustula cylindrica elevata turifera. Valva discoidea 5—5·5 μ. lat. ad centrum valvae coronata; corona a crista aculeata elevata constituta. Aculei validi incrassati. Margo striolatus. Structura valvae striolato flammea.

In stratis tertiariis ad Mors in insula Jüttland. Icon: Beitrg. III., tab. 34., fig. 486.

403. *Pyxilla carinifera* Grun. var. *rossica* Pant.

Frustulis cylindricis 55 μ. altis, 32 μ. latis, cornutis, hyalinis. Cornu incrassatum, elevatum, obtusum. — Valva discoidea 26—32 μ. lata, cum figura asteroidea 5—7—9 radiata et poro circulari centrali ornata.

In stratis antiquissimis marinis ad Kusnetzk in Russia. Icon: Beitrg. III., tab. 29., fig. 423; tab. 35., fig. 491.

404. *Pyxilla directa* Pant. nov. spec.

Frustulis cylindricis cornutis. Long. 130 μ., lat. 18·5 μ. Cornu elevatum, hyalinum, acutum. Structura disseminate punctata.

In stratis marinis tertiariis ad Nagy Kürtös in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 32., fig. 458.

405. *Pyxilla hungarica* Pant. nov. spec.

Frustulis cylindricis validis hyalinis 28 μ. latis, ad polum elevatis, cum cornu obtuso abbreviato incrassato. Structura disseminate punctata.

In stratis tertiariis marinis ad Nagy Kürtös in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 26., fig. 392.

406. *Pyxilla Lunyacsekii* Pant. nov. spec.

Frustulis elongatis, angustis, cylindricis, 140 μ. longis, 20 μ. latis, hyalinis, ad polum superiorem cornutis, cornu elevatum, inferne convexis. Structura valvae disseminate punctata. Puncta crassa, magna.

In stratis tertiariis marinis ad Nagy Kürtös in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 26., fig. 387.

407. *Pyxilla rossica* Pant. nov. spec.

Frustulis cylindricis abbreviatis. hyalinis, ad polum superiorem elevatis convexis, hic disseminate punctatis, ad inferiorem planis. Altitudo cylindris 36·5 μ., lat. 22·5 μ.

In stratis marinis antiquissimis ad Kusnetzk in Russia. Icon: Beitrg. III., tab. 19., fig. 277.

408. *Pyxilla vasta* Pant. nov. spec.

Frustulis cylindricis, hyalinis, vastis, ad polum superiorem concavis, cum margine elevato et centro cum cornu obtuso abbreviato vasto ornatis. Structura disseminate punctata. Latitudo 40 μ.

In stratis tertiariis marinis ad Szakal in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 40., fig. 284, 551.

409. *Rhabdonema diminutum* Pant. nov. spec.

Frustulis concatenatis, quadrangulis, septatis, cum septis duplicis, longioribus per totum frustulum percurrentibus et brevioribus arcuatis incrassatis; angulis obtusis. Structura striata. Striae 10 in 10 μ. transversae parallelae. Long. 51 μ.

In stratis tertiariis marinis ad Izsopallaga in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 28., fig. 412.

410. *Rhabdonema formosum* Brun.

Long. 150—152 μ., lat. 71—73 μ. Striae 7 in 10 μ.

In stratis tertiariis marinis marinis ad Abashiri in insula Jesso. Icon: Beitrg. III., tab. 33., fig. 467; tab. 34., fig. 489.

411. *Rhabdonema japonicum* Temp. Brun.

Long. 101 μ., lat. 30 μ. Squamae 4 in 10 μ.

In stratis tertiariis ad Thesiogori in insula Jesso. Icon: Beitrg. III., tab. 30., fig. 440.

412. *Rhabdonema Mikado* Pant. nov. spec.

Frustulis rectangulis, cum angulis obtusis validis, cum septis marginatis incrassatis et striis transversis 20 in 10 μ. punctatis, in lineas longitudinales dispositis. Long. 96 μ. — Valva elongata cum latere inflato et polis incrassatis obtusis. Structura squamosa. Squamae 4—5 in 10 μ. punctatae, parallelae, transversae.

In stratis tertiariis marinis ad Thesiogori in insula Jesso. Icon: Beitrg. III., tab. 33., fig. 469., 470.

413. *Rhabdonema taeniatum* Pant. Syn. Synedra taeniata Pant.

Valvis elongatis, angustis, striatis, cum polis obtusis nudis. Striae marginales 15 in 10 μ., irregulariter flexae. Long. 141 μ., lat. 10·5 μ.

In stratis tertiariis marinis ad Nyermegy in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 19., fig. 278.

414. *Rhaphoneis Kinkerii* Pant. nov. spec.

Valvis lanceolatis 55 μ. longis, 14 μ. latis. Area axillaris lanceolate elongata nuda. Striae marginales parallelae 6 in 10 μ., a poris duobus constitutae. Polis disseminate punctatis.

In stratis tertiariis marinis ad Izsopallaga Serges in insula Jesso. Icon: Beitrg. III., tab. 15., fig. 222.

415. *Rhizosolenia squamosa* Pant. nov. spec.

Frustulis hyalinis elongatis cylindricis 29 μ. latis, ad polum cornu elongato angustato obtuso vestitis. Structura squamosa.

In stratis marinis tertiariis ad Nyermegy in Hungaria. Icon: Beitr. III., tab. 35., fig. 496.

416. *Rhopalodia Budayana* Pant. Syn. Epithemia Budayana Pant.

Frustulis elongatis, ad ventrem planis, dorso arcuato medio impresso, polis obtusis modice inflexis. Rhaphe cum

margine dorsum parallelae percurrens. Septa crassa transversa 7 in 10 μ. Striae subradiantes nudae 15 in 10 μ. Long. 88 μ., lat. 8·8 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Köpecz in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 24., fig. 365.

417. *Rhopalodia gibba* O. Müller var. *boryana* Pant. Syn. gibba (E.) Kg. var. boryana Pant.

Long. 170 μ., alt. 8 μ. Costae 8—10 in 10 μ.

In stratis tertiariis marinis ad Bory in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 41., fig. 558.

418. *Rhopalodia incisa* Pant. Syn. Epithemia incisa Pant.

Frustula elongata 107 μ. longa, 21 μ. lata, cum dorso arcuato inpresso, ventre plano, polis obtusis. Costae validae transversae 4—6 in 10 μ.; striae punctatae transversae parallelae 15 in 10 μ. Membrana connect. hyalina, cum seriebus duabus longitudinalibus punctorum ornata.

In stratis tertiariis marinis ad Káránd in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 38., fig. 533.

419. *Rhopalodia Pethöi* Pant. Syn. Epithemia Pethöi Pant.

Long. 114 μ., lat. 13 μ. Costae 5—6 in 10 μ. Striae 14 in 10 μ.

In stratis tertiariis marinis ad Bory et Káránd in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 42., fig. 572.

420. *Rhopalodia ventricosa* O. Müller var. *hungarica* Pant. Syn. Epithemia ventricosa Kg. var. hungarica Pant.

Frustulis elongatis, medio inflatis, ad polos obtusis. Membrana connect. nuda, ad ventrem serie punctorum longitudinali marginali ornata. Valva elongata 83 μ. longa, 17·5 μ. alta. Costae transversae 8 in 10 μ. Striae transversae, nudae, parallelae 15 in 10 μ. Rhaphe ad dorsum percurrens inflata.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Magyar Hermány in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 7., fig. 114.

421. *Rutilaria capitata* Temp. Brun.

Long. 161 μ., lat. 48 μ., cap. 18 μ. lata.

In stratis tertiariis ad Theshiogori in insula Jesso. Icon: Beitrg. III., tab. 33., fig. 472.

422. *Rutilaria Kerneri* Pant. nov. spec.

Valvis late elliptico lanceolatis, cum polis obtusis, marginatis. Margine cum corona aculeorum cincto. Centrum elevatum umbilicatum. Umbilicus spiraliter tortus. Structura punctata. Punctis in lineas radiantes ordinatis. Long. 99 μ., lat. 34·5 μ.

In stratis tertiariis marinis ad Theshiogori in insula Jesso. Icon: Beitrg. III., tab. 33., fig. 474.

423. *Rutilaria longicornis* Temp. Brun.

Long. 241·5 μ., lat. 27 μ.

In stratis tertiariis marinis ad Theshiogori in insula Jesso. Icon: Beitrg. III., tab. 33., fig. 478.

424. *Scoliopleura tumida* (Bréb.) Rabh.

Long. 108 μ., lat. 25 μ. Striae 13—14 in 10 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad in Dubravica Hungariae. Icon: Beitrg. III., tab. 17., fig. 245.

425. *Stauroneis boryana* Pant.

Valvis lanceolatis, polis protractis, obtusis. Long. 64 μ., lat. 14.5 μ. Rhaphe directa. Area centralis ad formam stauri dilatata, usque ad marginem percurrens, hic striae interrumpens. Striae radiantes punctatae 18—20 in 10.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Bory in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 5., fig. 78.

426. *Stauroneis Kochii* Pant. nov. spec.

Valvis elongato lanceolatis, cum polis rotundatis. Long. 127 μ., lat. 21 μ. Rhaphe directa. Area axillaris elongata dilatata, centralis ad formam stauri dilatata. Striae radiantes punctatae 20 in 10 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Bodos et Köpecz in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 6., fig. 92.

427. *Stauroneis Phoenicenteron* E.

Long. 133 μ., lat. 24 μ. Striae 15—17 in 10 μ. Rhaphe plicata.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Magyar Hermány in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 8., fig. 134.

428. *Stauroneis Szontaghii* Pant. nov. spec.

Valvis 114 μ. longis, 25·5 μ. latis, elongato lanceolato ellipticis, cum polis productis, rotundatis. Raphe directa, ad polos inflexa. Area axillaris elongata dilatata, centralis ad formam vittae transverse usque ad marginem percurrente dilatata. Striae radiantes punctatae 12—13 in 10 μ., puncta 15 in 10 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Bory in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 8., fig. 143.

429. *Staurosira construens* (E.) Grun.

Long. 12 μ., lat. 6·5 μ. Striae 12 in 10 μ.

In stratis aquae dulcis tertiariis ad Bory in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 1., fig. 5.

430. *Staurosira Grunowii* Pant. Syn. Staurosira Harrisonii (W. Sm.) Grun. var. Amphitetras Grun.

Species eximia! Valvis quadrangulis, cum angulis productis rotundatis, ontusis et lateribus magis impressio, concavis. Striae validae, 5 in 10 μ. marginales, abbreviatae ab area axillari cruciata, hyalina nuda longitudinali interruptis. Long. et lat. diametros inter angulos 42·5 μ.; long. et lat. diametr. inter latera 21 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Bory, Bucsa, Dubravica, Kopacsel in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 4., fig. 66.

431. *Staurosira Harrisonii* (W. Sm.) Grun.

Long. 31·5 μ., lat. 14·5 μ. Striae 7 in 10 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Bory, Dubravica, Farkasfalva Mocsár in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 4., fig. 60.

432. *Staurosira Harrisonii* (W. Sm.) Grun. var. *fossilis* Pant.

Valvis lanceolatis, cum polis productis, rotundatis, optusis. Area axillaris lanceolata, sat dilatata. Striae validae marginales 7 in 10 μ. Long. 17·5 μ., lat. 6·5 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Mocsár in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 5., fig. 77.

433. *Staurosira vasta* Pant. nov. spec.

Frustulis concatenatis, rectangulis, cum angulis obtusis. Striae 15 in 10 μ. marginales, abbreviatae. Long. 16·5 μ., lat. 4 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Magyar Hermány in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 27., fig. 405.

434. *Staurosira Venter* (E.) Grun.

Long. 8—13 μ., lat. 3·5—7·2 μ. Striae punctatae 15 in 10 μ.

In stratis tertiariis ad Bory, Deménd, Dubravica, Farkasfalva, Jastraba, Ihrács, Magyar Hermány, Mocsár in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 8., fig. 123, 127; tab. 20., fig. 299; tab. 27., fig. 403.

435. *Stephanodiscus transilvanicus* Pant. nov. spec.

Discus marginatus, corona spinulorum cinctus et radiis hyalinis nudis a spinulis ad centrum percurrentibus ornatus. Spatium inter radios punctatum. Puncta in lineas decussatas ordinata. Area centralis radiato punctata, radii alternatim longiores, brevioresque. Diametr. 35—40 μ. margo 1·5 latus. Puncta 15 in 10 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Bibarczfalva, Bodos et Köpecz in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 8., fig. 125.

436. *Stephanopyxis antiqua* Pant. nov. spec.

Discus convexus elevatus, marginatus. Margo 2·5 μ. latus, corona punctorum cinctus. Cellulae 1—2—3 in 10 μ. papillosae, hexagonae, in lineas excentricas dispositae. Diametr. 75 μ.

In stratis antiquissimis marinis ad Kusnetzk in Russia. Icon: Beitrg. III., tab. 19., fig. 280.

437. *Stephanopyxis maxima* Pant. nov. spec.

Discus convexus elevatus, marginatus. Margo 15 μ. latus, cum corona cellularum rotundarum cinctus. Structura cellulosa. Cellulae 1 in 10 μ. papillosae, hexagonae, in lineas excentricas ordinatae. Diametr. 144 μ.

In stratis marinis antiquissimis ad Kusnetzk in Russia. Icon: Beitrg. III., tab. 26., fig. 384.

438. *Stephanopyxis vasta* Pant. nov. spec.

Discus magis convexus late marginatus. Margo 12 μ. latus, cum cellulis magnis cinctus. Structura cellulosa, cellulae majores minoresque, hexagonae, papillosae, 2 in 10 μ., in lineas excentricas dispositae. Diametr. 54 μ.

In stratis marinis antiquissimis ad Kusnetzk in Russia. Icon: Beitrg. III., tab. 30., fig. 437.

439. *Stictodiscus hungaricus* Pant. nov. spec.

Frustula capsuliformia, cum polo uno magis elevato, convexo, altero modice elevato truncato. Membrana connect. cum septis longitudinalibus, ad valvas percurrentibus, vestita et punctis parvulis in lineas decussates dispositis ornata. — Discus convexus ad marginem crenulatus, septatus et carinatus, septa abbreviata marginalia radiosa. Structura punctata. Puncta 5 in 10 μ. in lineas radiantes, ad centrum elevatum percurrentes ordinata. Diamet. discis 55·5 μ. Septa 2—3 in 10 μ. Altitudo membr. connect. 22·5 μ.

In stratis marinis tertiariis ad Káránd in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 38., fig. 534, 536.

440. *Stictodiscus Kossuthii* Pant. nov. spec.

Discus circularis, planus, marginatus. Margo 1·5 μ. latus hyalinus, corona squamorum cinctus. Structura punctata. Puncta ad squamas, in fasciculos abbreviatos radiantes ordinata, ad centrum majora et disseminate disposita. Diametr valvae 58 μ.

In stratis marinis antiquissimis ad Kusnetzk in Russia. Icon: Beitrg. III., tab. 26., fig. 395.

Dedicavi illustris. dom. Ludovico de Kossuth, quodam gubernatori Hungariae, rei publicae et rei botanicae peritissimo, Augustae Taurinorum.

441. *Stictodiscus Pantocsekii* Temp.

Valvis orbiculato trigonis, cum lateribus arcuatis et gonis elevatis. Margo dilatatus, cum squamis confluentibus et parvulis punctis ornatus. Structura punctata. Puncta 4 in 10 μ. ad marginem in lineas subcirculares ordinata. Altitudo 93 μ; long. lateris 90 μ. Radiis 2 in 10 μ.

In stratis antiquissimis marinis ad Kusnetzk in Russia. Icon: Beitrg. III., tab. 2., fig. 31.

442. *Stictodiscus Szontaghii* Pant. nov. spec.

Discus circularis, ad marginem crenulatus et septis abbreviatis radiantibus ornatus. Septa bilateraliter subtiliter punctata, 4 in 10 μ. Structura, cum spinis intermixtis punctata. Puncta in lineas radiantes ordinata, ad aream centralem circularem nudam percurrentia. Diametr. 47 μ.

In stratis tertiariis marinis ad Izsopallaga in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 39., fig. 540.

443. *Stictodiscus Tschestnowii* Pant.

Triangularis, marginatus, lateribus modice arcuatis et gonis rotundatis. Structura punctata. Puncta, 3 in 10 μ., ad marginem in lineas radiantes, ad centrum in lineas subcirculares ordinata, papillosa. Altitudo 159 μ. long. lat. 174 μ.

In stratis antiquissimis marinis ad Kusnetzk in Russia. Icon: Beitrg. III., tab. 19., fig. 282.

444. *Stictodiscus tuberculatus* Pant. nov. spec.

Discus circularis ad marginem septatus. Structura tuberculata; tuberculi irregulariter dispositi. Area centralis dilatata, rotundata, nuda. Diametr. 54 μ.

In stratis antiquissimis marinis ad Kusnetzk in Russia. Icon: Beitrg. III., tab. 29., fig. 427.

445. *Stigmophora? hungarica* Pant.

Frustulis rectangulis hyalinis, obtusis, ad centrum septo uno arcuato et uno alato ornatis. Long. 20—22 μ. lat. 10—12 μ.

In stratis tertiariis marinis ad Borostelek in Hungaria. Icon: Beitrg. III. tab. 9., fig. 155.

446. *Stylobiblium Haradaae* Pant. nov. spec.

Valvis late ellipticis subcircularibus, ad marginem crenatis, septatis. Septa elongata, usque ad aream axillarem lanceolatam percurrentia. Structura striata, striae arcuatae. Long. 19·2 μ., lat. 17·6 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Sentenaï in insula Jesso. Icon: Beitrg. III., tab. 2., fig. 20.

447. *Stylobiblium inflatum* Pant. nov. spec.

Valvis lanceolatis, septatis, cum lateribus polygibbis et polis obtusis; Septa transversa, penetrantia 2 in 10 μ. Structura striata. Striae transversae arcuato parallelae. Valva unilateraliter spina longiori notata. Long. 29·5 μ., lat. 15·2 μ.

In stratis aquae dulcis tertiariis ad Sentenaï in insula Jesso. Icon: Beitrg. III., tab. 2., fig. 23.

448. *Stylobiblium carinatum* Pant. Syn. St. *japonicum* Pant. non Petit.

Late elliptica, subrotunda, cum lateribus polygibbis et polis rotundatis. Septa transversa totam valvam percurrentia. Striae arcuatae. Poli nudi hyalini. Long. 20 μ., lat. 18·5 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Sentenaï in insula Jesso. Icon: Beitrg. III., tab. 2., fig. 18.

449. *Stylobiblium Jimboi* Pant. nov. spec.

Late lanceolata, cum polis productis rotundatis hyalinis. Septa transversa. Structura striata. Striae transversae. Long. 35·5 μ., lat. 12·5 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Sentenaï in insula Jesso. Icon: Beitrg. III., tab. 2., fig. 21.

450. *Stylobiblium ovale* Pant. nov. spec.

Valvis ellipticis, cum polis rotundatis et lateribus nudis. Septa transversa, totam valvam penetrantia et breviora marginalia. Striae transversae arcuatae, totam valvam percurrentes. Long. 27·5 μ., lat. 13·5 μ. Septa 2—3 in 10 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Sentenaï in insula Jesso. Icon: Beitrg. III., tab. 1., fig. 13.

451. *Stylobiblium polygibbum* Pant. nov. spec.

Frustulis rectangulis, concatenatis septatis. Septa plicis longitudinalibus conjugata. Valvis ellipticis, lateribus polygibbis. Septis transversis, totam valvam percurrentibus. Striae transversae. Long. 20·5—33·6 μ., lat. 12·5—13·5 μ. Septa 2—3 in 10 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Sentenaï in insula Jesso. Icon: Beitrg. III., tab. 1., fig. 15, tab. 2., fig. 19.

452. *Surillela amoena* Pant. nov. spec.

Valvis ellipticis marginatis. Costae dilatatae, ad marginem arcuatae, striato punctatae 2 in 10 μ. Area axillaris nuda, hyalina elongata, angustata lanceolata. Long. 48 μ., lat. 25·5 μ.

In stratis aquae dulcis tertiariis ad Bodos in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 18., fig. 268.

453. *Surillela baldjickii* Norm.

Long. 108—142·5 μ., lat. 27—48 μ. Costae 1—2 in 10 μ.

In stratis tertiariis marinis ad Bory, Borostelek, Káránd, Nyermegy, Izsopallaga Serges in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 30., fig. 435.

454. *Surillela Clementis* Grun.

Long. 147 μ., lat. 24 μ. Costis 3—4 in 10 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Bory Kopacsel et Dubravica Hungariae. Icon: Beitrg. III., tab. 42., fig. 576.

455. *Surillela fastuosa* E. var. *fossilis* Pant.

Long. 89·5—96·8 μ., lat. 69—76·3 μ. Costae 1—2 in 10 μ.

In stratis tertiariis marinis ad Bory Hungariae. Icon: Beitrg. III., tab. 31., fig. 450.

456. *Surillela Jimboi* Pant. nov. spec.

Late elliptica. Costis angustis, arcuate radiantibus, usque ad aream axillarem longitudinalem angustatam nudam percurrentibus, striolatis. Long. 29·6 μ., lat. 20 μ. Costae 6 in 10 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Sentenaï in insula Jesso. Icon: Beitrg. III., tab. 2., fig. 29.

457. *Surillela Kellerii* Pant. nov. spec.

Ovato elliptica, cum margine lato, alato. Costae validae, ad marginem arcuato conjunctae, striatae, usque ad pseudorhaphen elevatam quasi carinatam, ad polos duobus aculeis

validis vestitam, arcuatam percurrentes. Long. 244·5 μ., lat. 97·5 μ. Costa 1 in 10 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Köpecz in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 4., fig. 61.

458. *Surillela Kinkerii* Pant. nov. spec.

Ovalis, cum margine hyalino, costata. Costae ad marginem arcuato confluentes, subtiles striolatae. Striae usque ad pseudorhaphen percurrentes, hic vitta longitudinali arcuata bilateraliter interruptae. Long. 108 μ., lat. 40 μ. Margo 1·5 μ. latus. Costae 3—4 in 10 μ.

In stratis tertiariis marinis ad Nyermegy in Hungaria. Icon: Beitr. III., tab. 31., fig. 444.

459. *Surillela Kochii* Pant. nov. spec.

Elliptico elongatis, cum polis productis rotundatis et lateribus impressis. Margo 2 μ. latus hyalinus. Costis 15 in 10 μ. arcuatis, ad marginem confluentibus. Striae transversae striolis validis intermixtae 30 in 10 μ. Long. 89·5 μ., lat. 24·8 μ.

In stratis aquae dulcis tertiariis ad Bodos in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 7., fig. 111.

460. *Surillela lanceolato elliptica* Pant. nov. spec.

Lanceolato elliptica, late marginata. Costis validis 3 in 10 μ. arcuatis, striolatis. Area axillaris lanceolata transverse striata. Long. 141 μ., lat. 39 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Bodos in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 31., fig. 446.

461. *Surillela salsa* W. Sm. var. *hungarica* Pant.

Elongata, cum polis cuneatis. Costae ad marginem arcuato confluentes, 3 in 10 μ. Area axillaris elongata transverse striolata. Striae 20 in 10 μ. Long. 136·5 μ., lat. 28·5 μ.

In stratis aquae dulcis tertiariis ad Dubravica Hungariae. Icon: Beitrg. III., tab. 22., fig. 325.

462. *Surillela signata* Pant. nov. spec.

Circularis, cum margine striolato; costis ad marginem arcuato conjugatis, validis, abbreviatis, striolatis, ad centrum

duabus vittis striatis arcuatis cum vitta transversa conjunctis ornatis. Long. 54 μ., lat. 49 μ. Costae 2 in 10 μ. Margo 1·5 μ. latus. Altitudo figurae centralis 21 μ., lat. 33 μ.

In stratis tertiariis marinis ad Borostelek Hungariae. Icon: Beitrg. III., tab. 39., fig. 544.

463. *Surillela subfastuosa* Pant. nov. spec.

Circularis, cum margine spinuloso striolato. Costae abbreviatae cuneiformes, dilatatae, ad marginem confluentes, ad aream axillarem lanceolatam, striis validis tectam et duabus lineis arcuatis striolatis cinctam, cum stria perlonga arcuata percurrentes. Long. 97 μ., lat. 82 μ.; costae 1 in 10 μ. Long. imaginis 62 μ., lat. 30 μ.

In stratis tertiariis marinis ad Káránd in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 38., fig. 530.

464. *Surillela tenera* Greg. var. *fossilis* Pant. nov. var.

Elliptico ovalis, ad marginem late alata fenestrata. Costae ad marginem arcuato confluentes, ad aream axillarem elongatam percurrentes. Long. 91·5 μ., lat. 29·2 μ. Fenestra 1·5 in 10 μ. Costae 2 in 10 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Bory in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 11., fig. 176.

465. *Surillela torquata* Pant. nov. spec.

Ovalis ad polum superiorem torquata, cum margine corona punctorum ornato; costis arcuato confluentibus, ad marginem spinosis. Costae 2 in 10 μ. cuneiformae striolatae. Area axillaris elongata. Long. 124·5 μ., lat. 76·5 μ.

In stratis tertiariis marinis ad Káránd in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 41., fig. 570.

466. *Surillela Toulaae* Pant. nov. spec.

Circularis, cum margine hyalino; costis arcuato confluentibus spinosis, cuneiformibus nudis, ad formam lagenae inflatis. Area axillaris late lanceolata rhombica, cum vittis duabus subrhombicis cincta. Long. 126 μ., lat. 121·5 μ. Costae 2 in 10 μ.

In stratis tertiariis marinis ad Baldjick in Romania. Icon: Beitrg. III., tab 38., fig. 527.

Dedicavi dom. Profes. Toula in Polytechnico Vienensi.

467. *Surillela transilvanica* Pant. nov. spec.

Valva elongata, cum lateribus constrictis. apicibus parum productis, subcapitatis. Costae transversae validae, nudae, usque ad aream axillarem elongatam angustam percurrentes, 4—5 in 10 μ., ad marginem cum stria valida notatae. Long. 86·5 μ., lat. 11·2 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Bodos in Transilvania Icon: Beitrg. III., tab. 1., fig. 1.

468. *Surillela Vaszaryi* Pant. nov. spec.

Elliptica, cum lateribus leniter constrictis, margine corona punctorum cincta; costae validae, cuneatae, striolatae, ad marginem arcuato conjugatae 1—2 in 10 μ. abbreviatae radiantes. Area axillaris ad formam crucis dilatata et striis abbreviatis cincta, medio cum carina spinosa vestita. Long. 117 μ., lat. 63 μ.

In stratis tertiariis marinis ad Bory in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 30., fig. 431.

Dedicavi Eminentiae suae Cardinali et Principi Primati Hungariae Dom. Claudio Vaszary Strigonii, quondam caro magistro meo.

469. *Surillela verrucosa* Pant. nov. spec.

Lanceolato elliptica, 80 μ. longa. 28 μ. lata, marginata, costata; costae 2 in 10 μ. cuneatae, ad marginem arcuato confluentes striatae. Area axillaris elongata, angustate lanceolata, spatia intercostalia verrucosa.

In stratis aquae dulcis tertiariis ad Bodos in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 12., fig. 191.

470. *Syndetoneis rossica* Pant.

Frustulis fungiformibus, cum capello dilatato et stylo nudo elongato vestitis. Frustula inter se ad polum inferiorem cum anulo concatenata. — Capellus convexus, punctatus. Long. 40 μ., lat. capelli 32 μ.

In stratis antiquissimis marinis ad Kusnetzk in Russia. Icon: Beitrg. III., tab. 25., fig. 376.

471. *Synedra dubravicensis* Pant. nov. spec.

Valva elongata, angustata medio inflata, cum polis obtusis. Striae marginales abbreviatae, 15 in 10 μ. Long. 64 μ., lat. 4·5 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Dubravica in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 21., fig. 320.

472. *Synedra Jurányii* Pant. nov. spec.

Valvis elongatis, ad polos clavaeformibus rotundatis, cum plicis duabus longitudinalibus, ad marginem sitis vestitis. Pseudorhaphe directa nuda. Structura punctata. Puncta 20 in 10 μ in strias 11 in 10 μ. transversas parallelas ordinata. Long. 456 μ., lat. 12 μ., ad polos 24 μ.

In stratis tertiariis marinis ad Borostelek in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 16., fig. 242.,

Dedicavi Dom. Prof. Jurányi in universitate Budapestini.

473. *Synedra transilvanica* Pant. nov. spec.

Valva elongata, angusta, ad polos inflata rostrata, cum vitta longitudinali, ad marginem sitam et corona margaritarum marginalium ornata. Pseudorhaphe ad formam vittae nudae totam valvam percurrens. Striae 10 in 10 μ. transversae, parallelae. Long. 133·5 μ., lat. 6·4 μ., ad polos 10·4 μ.

In stratis tertiariis ad Köpecz in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 5., fig. 86.

474. *Synedra ulna* E. var. *fossilis* Pant. nov. spec.

Long. 151 μ., lat. 9 μ. Striae 10 in 10.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Dubravica in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 24., fig. 370.

475. *Synedra Van Heurckii* Brun.

Long. 220 μ., lat. 12 μ. Striae 15 in 10 μ.

In stratis tertiariis marinis ad Wembets in insula Jesso. Icon: Beitrg. III., tab. 25., fig. 378.

476. *Terpsinoë Brunii* Pant. nov. spec.

Trigona, cum lateribus undulatis, polis rotundatis, cum margine striolato, septis tribus transversis validis. Structura ad polos punctata. Puncta in lineas longitudinales figuram triangularem constituentia, ordinata. Centrum valvae trigonum, disseminate punctatum. Long. lateris 78 μ. Alt. valvae 64·5 μ.

In stratis tertiariis marinis ad Wembets in insula Jesso. Icon: Beitrg. III., tab. 17., fig. 254.

477. *Terpsinoë polygibba* Pant. nov. spec.

Circularis polygibba, gibbis rotundatis, dense punctatis. Structura punctata. Puncta in lineas radiantes ordinata, ad centrum rotundatum nudum percurrentia. Diametr. 46 μ.

In stratis tertiariis marinis ad Izsopallaga in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 21., fig. 310.

478. *Terpsinoë triquetra* Pant. nov. spec.

Trigona. lateribus, undulatis, gonis rotundatis. Valva ad polos septis tribus transversis separata. Centrum valvae trigonum. Structura punctata. Puncta ad polos et ad centrum disseminate disposita. Altitudo 48·5 μ., long. lateris 57 μ.

In stratis marinis tertiariis ad Izsopallaga in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 26., fig. 390.

479. *Tetracyclus emarginatus* E.

Altitudo 38·5 μ., lat. 12·5 μ.

In stratis tertiariis aquae dulcis ad Bodos in Transilvania. Icon: Beitrg. III., tab. 18., fig. 270.

480. *Tetracyclus lacustris* Ralf. var. *fossilis* Pant.

Valvis elongatis, cum lateribus undulatis, vel tantum ad medium inflatis. Frustulis quadrangulis, angulis obtusis, cum plicis duabus transversis, et septis validis vestitis. Long. 32·5—40·5 μ., lat. 13·5—25·5 μ.

In stratis tertiarii aquae dulcis ad Bory et Deménd Hungariae. Icon: Beitrg. III., tab. 3., fig. 42.; tab. 4., fig. 62.; tab. 5., fig. 71.

481. *Triceratium antipodum* Pant. nov. spec.

Trigona, lateribus leniter concavis, gonis rotundatis punctulatis. Margine squamuloso striolato. Structura punctata, puncta papillosa, disseminata. Valva ad centrum cum tribus vittis convexis notata. Altitudo 42 μ. long., lateris 51 μ., lat. marginis 1 μ. Squamae marginales 6 in 10 μ.

In stratis marinis tertiariis ad Oamaru in Nova Seelandia. Icon: Beitrg. III., tab. 36., fig. 514.

482. *Triceratium Armaševskii* Pant. nov. spec.

Valvis trigonis, validis, lateribus concavis, gonis rotundatis, punctatis. Septis ad formam squamae dilatatis abbreviatis et elongatis usque ad centrum valvae percurrentibus. Structura cellulosa. Cellulae rotundae papillosae, inter septa in lineas radiantes dispositae. Altitudo valvae 87 μ., long. lateris 105 μ., lat. marginis 2 μ. Squamae 2 in 10 μ. Cellulae 2—3 in 10 μ.

In stratis marinis antiquissimis ad Kusnetzk in Russia. Icon: Beitrg. III., tab. 11., fig. 183.

Dedicavi Dom. Armaševski rei herbariae perito in Sct. Petersburg.

483. *Triceratium biharense* Pant. nov. spec.

Valvis triangularibus, cum angulis rotundatis, punctatis et lateribus directis marginatis. Cellulae papillosae ovales, radiantes. Long. lateris 53 μ. Altitudo 47 μ. Lat. marginis 2 μ. Cellulae 3 in 10 μ.

In stratis tertiariis marinis ad Borostelek in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 37., fig. 524.; tab. 40., fig. 549.

484. *Triceratium boryanum* Pant.

Altitudo 67—81 μ.; long. lateris 52—58·5 μ. Cellulae 4—5 in 10 μ.

In stratis tertiariis marinis ad Bory in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 33., fig. 476.

485. *Triceratium Brandtii* Pant. nov. spec.

Triangularis, cum lateribus undulatis late marginatis et angulis obtusis, cornutis. Septa transversa, 3, ad gonos disposita.

Centrum valvae triangulare, cum polis truncatis. Structura cellulosa. Cellulae papillosae, disseminatae. Long. later 69 μ. Altit. 60 μ. Margo 3 μ. latus.

In stratis marinis antiquissimis ad Kusnetzk in Rossia. Icon: Beitrg. III., tab. 25., fig. 379.

486. *Triceratium caducum* Pant. nov. spec.

Trigona, cum lateribus directis late marginatis et angulis obtusis, cornutis. Structura cellulosa. Cellulae 2—3 in 10 μ. papillosae, in lineas subcirculares dispositae. Altitudo 70·5 μ.; long. later. 75 μ.

In stratis antiquissimis marinis ad Kusnetzk in Rossia. Icon: Beitrg. III., tab. 37., fig. 526.

487. *Triceratium coerulescens* Pant. nov. spec.

Tri et quadrigona, lateribus leniter concavis; gonis rotundatis punctatis. Structura granulosa. Granulae disseminatae. Valva coerulescens. Long. axis inter angulos 319·5 μ. Long. axis inter latera 204·5 μ. Long. lateris 229·6—230 μ.

In stratis marinis tertiariis ad Sendaï in Japonia. Icon: Beitrg. III., tab. 18., fig. 265.

488. *Triceratium cristatum* Pant. nov. spec.

Triangularis, cum angulis rotundatis cornutis et lateribus modice arcuatis, late marginatis. Valva ad marginem cum crista elevata et cellulis papillosis in lineas radiantes circulares ornata, ad centrum rotundatum spinis tectum. Altitudo 77 μ.; long. lateris 80 μ.; latit. marginis 2 μ. Cellulae 3—5 in 10 μ.

In stratis marinis antiquissimis ad Kusnetzk in Rossia. Icon: Beitrg. III., tab. 14., fig. 218.

489. *Triceratium cucullatum* Pant. var. *validior* Pant. nov. var.

Altitudo 65 μ.; long. lateris 74 μ. Cellulae robustae papillosae 4 in 10 μ.

In stratis antiquissimis marinis ad Kusnetzk in Rossia. Icon: Beitrg. III., tab. 31., fig. 448.

490. *Triceratium deductum* Pant. nov. spec.

Trigona, cum lateribus concavis marginatis, gonis dilatatis rotundatis punctatis. Anguli per septa transversa dilatata

hyalina a centro separati. Centrum valvae disseminate punctatum. Altitudo 100·5 μ., long. lateris 120 μ., latitudo marginis 3 μ., latitudo angulis 37·5 μ.

In stratis antiquissimis marinis ad Kusnetzk in Rossia. Icon: Beitrg. III., tab. 19., fig. 285.

491. *Triceratium delectabile* Pant. nov. spec.

Trigona, cum lateribus leniter concavis, angulis rotundatis. Anguli a centro septis dilatatis separati. Structura disseminate punctata. Altit. 48 μ., long. later. 57 μ. Margo 1·5 μ. latus.

In stratis antiquissimis marinis ad Kusnetzk in Rossia. Icon: Beitrg. III., tab. 20., fig. 290.

492. *Triceratium de Tonii* Pant. nov. spec.

Triangularis, cum lateribus parum arcuatis, angulis obtusis, punctatis. Structura cellulosa. Cellulae papillosae, in lineas circulares ordinatae. Centrum valvae rotundatum nudum. Altitudo 67 μ., longitudo lateris 74 μ.

In stratis tertiariis marinis ad Szakal in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 36., fig. 515.

493. *Triceratium distinguendum* Pant. nov. spec.

Trigona, cum lateribus concavis, gonis productis rotundatis punctatis. Structura papilloso spinulosa. Centrum dilatatum, rotundatum nudum. Altitudo 79 μ. Long. later. 98·5 μ. Latit. marginis 3 μ.

In stratis antiquissimis marinis ad Ananino in Rossia. Icon: Beitrg. III., tab. 16., fig. 240.

494. *Triceratium Dutertrei* Pant. Temp.

Altitud. 151·5 μ.; long. lateris 138 μ.; latit. marginis 4·5 μ.

In stratis antiquissimis marinis ad Kusnetzk in Rossia. Icon: Beitrg. III., tab. 8., fig. 132.

495. *Triceratium elatum* Pant. nov. spec.

Frustulis elevatis, cum gonis tribus truncatis elevatis, cum margine concavo conjungtis. — Structura punctata. Puncta 10 in 10 μ., in lineas decussatas circulares ordinata. Altit. frust. 120 μ. altitud. cornu 7·5 μ.

In stratis marinis tertiariis ad Káránd in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 40., fig. 554.

496. *Triaceratium Endlicherii* Pant. nov. spec.

Trigona, lateribus concavis late marginatis. Gonis productis, rotundatis, dilatatis punctatis. Centrum valvae magis dilatatum, rotundatum, nudum. Structura cellulosa, cellulae rotundatae, disseminatae. Altitudo 81 μ., long. lat. 97·5 μ.

In stratis antiquissimis marinis ad Kusnetzk in Rossia. Icon: Beitrg. III., tab. 20., fig. 300.

Dedicavi in memoriam Dom. Stefani Endlicher, botan. professoris in univer. Vindobonensi.

497. *Triceratium fasciatum* Pant.

Altitudo 91·5 μ.; long. later. 96 μ. lat. marginis 3 μ.

In stratis antiquissimis marinis ad Kusnetzk in Rossia. Icon: Beitrg. III., tab. 27., fig. 406.

498. *Triceratium fragile* Pant. nov. spec.

Triangularis, angulis obtusis punctatis. Structura spinuloso cellulosa. Cellulae in lineas subradiantes ordinatae, ad centrum rotundatum nudum percurrentes. Long. lat. 63 μ. Altit. valvae 60 μ. Cellulae 4—5 in 10 μ. Latit. marginis 2 μ.

In stratis antiquissimis marinis ad Kusnetzk in Rossia. Icon: Beitrg. III., tab. 13., fig. 206.

499. *Triceratium Gurowii* Pant. nov. spec.

Triangularis, lateribus marginatis, angulis rotundatis, cornutis; cornubus validis elevatis, punctatis. Structura cellulosa. Cellulae 2—3 in 10 μ. papillosae, in lineas radiantes, ad centrum percurrentes ordinatae. — Altitudo 156 μ.; longit. later. 175·5 μ.; latitud. marginis 4·5 μ.

In stratis antiquissimis marinis ad Kusnetzk in Rossia. Icon: Beitrg. III., tab. 24., fig. 361.

500. *Triceratium hilaratum* Pant. nov. spec.

Triangularis, late marginata, lateribus concavis et angulis dilatatis, rotundatis, punctatis. Valva ceterum disseminate

punctata, cum centro rotundato nudo. Altitud. 87 μ.; long. lat. 108 μ.; lat. marg. 3 μ.; latid. poli 30 μ.

In stratis antiquissimis marinis ad Kusnetzk in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 27., fig. 408.

501. *Triceratium hungaricum* Pant. nov. spec.

Valvis tri-pentagonis, cum lateribus concavis, angulis productis rotundatis; cornutis; cornua elevata valida, grosse punctata. Structura duplex; superior reticulato squamosa, reticula irregularia, et cellulosa. Cellulae papillosae 2—4 in 10 μ. in lineas radiantes, ad centrum percurrentes ordinatae. Altitudo 138 μ.; long. lateris 106·5 μ.

In stratis marinis tertiariis ad Bory Hungariae. Icon: Beitrg. III., tab. 17., fig. 250.

502. *Triceratium illustrum* Pant. nov. spec.

Valvis trigonis, cum lateribus concavis et gonis productis, dilatatis, rotundatis punctatis. Cornua a centro vittis transversis nudis, dilatatis, separata. Structura cellulosa. Cellulae 1—2 in 10 μ. in lineas radiantes ordinatae, ad centrum, disseminatae. Altitudo 198 μ.; long. lateris 243 μ.

In stratis vetustissimis marinis ad Kusnetzk in Rossia. Icon: Beitrg. III., tab. 25., fig. 375.

503. *Triceratium Jimboi* Pant. nov. spec.

Valvis pentagonis, late marginatis, lateribus leniter concavis, angulis rotundatis, incrassatis, dense punctatis. Structura cellulosa, cellulae papillosae, polygonae, in lineas radiantes, ad centrum percurrentes, ordinatae. Altitudo 138 μ.; long. lateris 105 μ.; latit. marginis 3 μ.: cellulae 2, 3, 4 in 10 μ.

In stratis tertiariis marinis ad Wembets in insula Jesso. Icon: Beitrg. III., tab. 20., fig. 295.

504. *Triceratium jucundum* Pant. nov. spec.

Valva triangularis, late marginata, cum lateribus leniter convexis et angulis parum productis, rotundatis, cornutis. Cornua valida, punctata. Structura cellulosa. Cellulae 2—3 in 10 μ., papillosae, in lineas meandricas dispositae. Centrum

convexum subnudum. Altitudo 91 μ.; long. later. 98 μ.; latitud. marginis 3 μ.

In stratis antiquissimis marinis ad Kusnetzk in Rossia. Icon: Beitrg. III., tab. 22., fig. 333.

505. *Triceratium junctum* A. Schm. var. *fossilis* Pant.

Altit. 135—151·5 μ.; long. lat. 88—102·5 μ.; margo 3 μ. latus. Cellulis 3—4 in 10 μ.

In stratis tertiariis marinis ad Bory Hungariae. Icon: Beitrg. III., tab. 34., fig. 480.; tab. 35., fig. 502.

506. *Triceratium lanceolatum* Pant.

Altit. axis longit. et transv. 105 μ.; long. lateris 75 μ.

In stratis antiquissimis marinis ad Kusnetzk in Rossia. Icon: Beitrg. III., tab. 6., fig. 99.

507. *Triceratium mikrotis* Grun. var. *quadriocellata* Pant.

Subcircularis, late marginata, 4 ocellata. Margine punctato. Puncta 12 in 10 μ. Structura cellulosa, cellulae polygonae 3—4 in 10 μ. Diametr. 60·5 μ.

In stratis marinis tertiariis ad Szakal in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 18., fig. 269.

508. *Triceratium notatum* Pant. nov. spec.

Valva triangularis, lateribus leniter concavis, marginatis; angulis parum productis, cornutis. Structura cellulosa. Cellulae rotundae, papillosae 3 in 10 μ. disseminatae. Altit. 51 μ.; long. later. 60 μ.; lat. marg. 1·5 μ.

In stratis antiquissimis marinis ad Kusnetzk in Rossia. Icon: Beitrg. III., tab. 20., fig. 288.

509. *Triceratium Peragalloi* Pant.

Altit. 90 μ.; long. lat. 88 μ.; puncta 8 in 10 μ.

In stratis antiquissimis marinis ad Kusnetzk in Rossia. Icon: Beitrg. III., tab. 10., fig. 172.

510. *Triceratium Pethöi* Pant.

Long. axis long. et transv. 118 μ. Long. lateris 86 μ. Granula 3 in 10 μ. Margo 2 μ. latus.

In stratis marinis tertiariis ad Nagy Kürtös in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 26., fig. 389.

511. *Triceratium Pileus* E. var. *robustior* Pant.

Altitud. 67·5—94·5 μ.; long. later. 67·5—76·5 μ. Granulis 3—4 in 10 μ.

In stratis tertiariis marinis ad Bory in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 42., fig. 574.

512. *Triceratium praeferox* Pant. nov. spec.

Valva triangularis, late marginata, lateribus directis; gonis rotundatis punctatis. Structura granulosa et spinulosa. Granula papillosa disseminata. Altitud. 80 μ.; long. later. 90 μ.

In stratis antiquissimis marinis ad Kusnetzk in Rossia. Icon: Beitrg. III., tab. 15., fig. 231.

513. *Triceratium proprium* Pant. nov. spec.

Valva triangularis, late marginata, cum lateribus leniter convexis, angulis rotundatis, cornutis. Cornua valida. Structura granulosa. Granula 3—4 in 10 μ. papillosa, in lineas radiantes ordinata, ad centrum, cum area parva nuda notatum, percurrentia. Altit. 81 μ.; long. lat. 84 μ.; lat. marg. 3·5 μ.

In stratis antiquissimis marinis ad Kusnetzk in Rossia. Icon: Beitrg. III., tab. 28., fig. 418.

514. *Triceratium pseudoarctium* Pant. nov. spec.

Valva convexa triangularis; margine dilatato; lateribus directis; angulis rotundatis, dilatatis, punctatis. Structura cellulosa. Cellulae papillosae, polygonae 2—5 in 10 μ. in lineas radiantes et repando curvatas ordinatae, ad centrum disseminatae. Altit. 150 μ., long. lat. 165 μ., lat. marg. 3 μ.

In stratis tertiariis marinis ad Nagy Kürtös in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 29., fig. 426.

515. *Triceratium Rzehakii* Pant.

Altit. 69 μ., long. lat. 88·5 μ. Cellulae 4 in 10 μ. Lat. marg. 2 μ.

In stratis tertiariis marinis prope Nikolsburg in Moravia. Icon: Beitrg. III., tab. 1., fig. 14.

516. *Triceratium Smithii* Pant.

Altit. 93 μ., long. later. 103 μ., lat. marg. 1·5 μ.; granulae 6 in 10 μ.

In stratis marinis antiquissimis ad Kusnetzk in Rossia. Icon: Beitrg. III., tab. 5., fig. 83.

Dedicavi in memoriam Dom. W. Smith diatomologo celeberrimo auctori: Synops. Brith. Diatom. Londonii.

517. *Triceratium Sokolowii* Pant. nov. spec.

Valva convexa, triangularis, late marginata; lateribus arcuatis; angulis subacutis. Structura granulosa, granula 6—7 in 10 μ. in lineas radiantes disposita. Altitud. 88·5 μ., long. later. 93 μ., latit. marg. 3 μ.

In stratis antiquissimis marinis ad Kusnetzk in Rossia. Icon: Beitrg. III., tab. 22., fig. 331.

518. *Triceratium speciosum* Pant. nov. spec.

Valva triangularis, convexa, late marginata; lateribus arcuatis, angulis rotundatis, cornutis. Cornua valida. Structura cellulosa. Cellulae 3—4 in 10 μ., rotundae, magnae, papillosae, in lineas radiantes ordinatae, ad centrum disseminatae. Altitud. 100 μ., long. lateris 105 μ., lat. marg. 3 μ.

In stratis antiquissimis marinis ad Kusnetzk in Rossia. Icon: Beitrg. III.; tab. 12., fig. 195.

519. *Triceratium Staubii* Pant. nov. spec.

Valva triangularis, late marginata; lateribus directis; angulis rotundatis, cornutis. Cornua valida. Structura granulosa, granula disseminata. Altitud. 62 μ., long. later. 65 μ., latit. marg. 4 μ.

In stratis tertiariis marinis ad Szakal in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 36., fig. 513.

Dedicavi dom. dr. M. Staub, phytopaleontologo Budapestini.

520. *Triceratium stigmaticum* Pant. nov. spec.

Valvis triangularibus, lateribus parum arcuatis, marginatis: angulis rotundatis cornutis. Structura granulosa; granula disseminata, ad angulos in lineas directas ordinata. Altitudo 121 μ., long. lateris 135 μ., lat. marginis 3 μ.

In stratis antiquissimis marinis ad Kusnetzk in Rossia. Icon: Beitrg. III., tab. 22., fig. 324.

521. *Triceratium suborbiculare* Pant.

Altitudo 84 μ., long. lateris arcuati 84 μ., latit. marg. 3 μ. Granula papillosa 3 in 10 μ.

In stratis tertiariis marinis ad Nagy Kürtös in Hungaria. Icon: Beitrg. III., tab. 3., fig. 47.

522. *Triceratium tectum* Pant. nov. spec.

Valva triangularis, lateribus directis, margine 3 μ. lato; angulis rotundatis, cornutis. Structura granulosa. Granula 2—3 in 10 μ., papillosa, in lineas radiantes ordinata. Centrum elevatum valvae rotundatum, nudum. Altitud. 117 μ., long. later. 133·5 μ.

In stratis marinis antiquissimis ad Kusnetzk in Rossia. Icon: Beitrg. III., tab. 22., fig. 322.

523. *Triceratium triasicum* Pant.

Valva triangularis, parum convexa; lateribus directis, angulis dilatatis rotundatis. Structura granulosa. Granula 5—6 in 10 μ. papillosa, in lineas arcuato radiantes ordinata. Altit. 74 μ.; long. later. 86 μ.

In stratis antiquissimis marinis ad Kusnetzk in Rossia. Icon: Beitrg. III., tab. 12., fig. 189.

524. *Triceratium vastum* Pant. nov. spec.

